







9144 D. L. e.

9







Ant. Scopoli
S.C.R. et Apost. Majestati in re
metallica et monetaria a Consilio supremo
Hungaria infer. Camergrafia
lur Officii Professor.

JOANNIS ANTONII SCOPOLI,

S. C. R. ET APOST. MAJESTATIS IN MON-
TANISTICIS ET MONETARIIS CONSILIARII , SUPREMI
HUNGARIE INFERIORIS CAMERGRAFIATUS OFFICI
ASSESSORIS, MINERALOGIAE PROFESSORIS, CÆSAREÆ
REGIE AGRARIÆ SOCIETATIS STIRIÆ, CARNIOLIÆ,
GORIZIÆ ET GRADISCÆ, Oeconomicæ BERNEN-
SIS , ET APIARIÆ LUSATIÆ SUPERIORIS
SOCII.

PRINCIPIA MINERALOGIÆ SYSTEMATICÆ ET PRACTICÆ SUCCINCTE EXHIBENTIA STRUCTURAM TELLURIS, SYSTEMA- TA MINERALOGICA, LAPIDUM CLASSES , GENERA , SPECIES , CUM PRÆCIPUIS VARIETATI- BUS, EORUMQUE CHARACTERIBUS , SYNONYMIS , ANALYSI ET IJSU , NEC NON REGULIS NONNUL- LIS GENERALIBUS , AD DOCIMASIAM ET PY- ROTECHNIAM METALLURGICAM PERTINENTIBUS.



PRAGÆ 1772.

APUD WOLFGANGUM GERLE.

Via triplex per Regnum lapideum.
PHYSICA descendens per lapidum
obscuras *Geneses.*

NATURALIS excurrens per lapidum
apricas *Structuras.*

CHEMICA adscendens per lapidum
destructivas *Analyses.*

Medio tutissimus ibis.

LINN. *Syst. Nat. Tom. III.* p. 11.

W = 330000365

OMNIBUS
ET
SINGULIS,
QUI
STUDIO
MINERALOGICO
GENERIS HUMANI
COMMODA PROMOVENT
OPUSCULUM
HOC
D. D.
AUTOR.

2150000

2150000

2150000

PRÆFATIO.

Præcipuorum dogmatum, quæ ad Systema mineralogicum & Chemiam metallurgicam pertinent, hoc breve compendium est, quod inservire potest pro nova & reformata editione Introductionis meæ ad diognosim & usum fossilium A. 1769. in lucem editæ.

Huic addita est structura Telluris, & cognitio systematum lithologicorum Mineralogis orthodoxis omnino necessaria.

Caracteres classum, generum & specierum essentiales sunt. Genera artificialia se posui, naturalia ubique secutus, quæ in regno lapideo bucusque debita diligentia nemo quæsivit. Caracteres specificos mibi non figura, nec habitus, sed partium componentium di-

versitas suppeditavit; persuasissimus sum enim, id omne quod utile ac natura consentaneum in hoc studio dici potest, ab hoc unico fonte manare.

Hinc paucas species, varietates vero præcipuas profero, aliis relictis, quas fere infinitas, & ubique alias si possent colligi, nec urbs amplissima caperet.

In eo vero imprimis omnem operam posui, ut idea mineralisationis, ex habitu metallorum ad Sulphur & Acidia, rite declarata, innotescant genuina eorum Schemata, cum ab hac scientia potissimum vera artis theoria, & quæ inde sperari possunt emolumenta dependeant.

Annotavi præterea ubique illam, quam fossilia humano generi præstant utili-

utilitatem, & ex propriis observatis
præcipuas regulas adduxi, quæ obser-
vari debent, ut metallum quodlibet ex
suis mineris utiliter educatur. Ille e-
nīm verus est Chemicus, qui publica com-
moda promovet, suaque experimenta
eum in finem instituit, ut errores, qui
in operibus fusoriis etiamnum comit-
tuntur, sensim evitentur, ac fodina-
rum oeconomia in bonum reipublicæ
promoveatur.

Hunc in finem legi omnes, qui in
priore nostroque saeculo de his scripse-
runt autores, evolvi scripta chemico-
rum, excitavi utilia, collecta contuli
cum propriis observatis, ut sic Tyro-
nes rite educti in praxi forent feli-
ciores.

Petrefactorum historiam omisi,
ne recouerem recoclam crambem, &

ne rebus hisce gravatus liber iis tædi-
um pareret qui non quærunt curiosa,
sed utilia.

*Loca natalia lapidum pleraque ta-
cui, non semper necessaria; Synonima
vero systematicorum speciebus adjunxi,
sed absque Nemino - definitionibus, qui-
bus facile carere possumus, cum pluri-
mæ ex his erroneæ sint, aliæ vero in-
perfectæ, ac raro bonæ.*

*Omnia breviter & succincte propo-
sui, ut legentes uno quasi intuitu vi-
deant, quam mibi elegerim docendi me-
thodum, quam eorum judicio submitto,
& rogo, ut, si quid in hac vero minus
consentaneum invenerint, bene-
vole moneant.*

L A-

LAPIDUM CLASSES, GENERA, SPECIES, & VARIETATES præcipuæ.

CLASSIS PRIMA.

Terræ.

ORDO PRIMUS.

Terræ puriores.

A. *Calcaria.*

Genus. I. CALCARIUS.

1. C. *Vulgaris.*

- a) Rudis.
- b) Scintillans.
- c) Granosus.
- d) Fibrosus.

2. C. *Marmor.*

- a) Unicolor.
- b) Multicolor.
- c) Pictus.

Metamorphoses Lapidis Calcarii.

Creta.

Tophus.

- a) Vulgaris.
- b) Incrustans.
- c) Pisiformis.

Petre-



Petrèfacta.

Stalactites.

a) *Friabilis.*

b) *Rudis.*

c) *Coralloides.*

d) *Spatofus.*

Spatum.

II. GYPSUM.

1. *G. Commune.*

2. *Alabastrum.*

3. *Stirium.*

Metamorphoses Gypsi.

G. Pulverulentum.

Glacies.

Selenites.

Spatofum.

B. Argillosa.

II. ARGILLA.

1. *A. Friabilis.*

2. *Lapidea.*

IV. MICA.

1. *M. Fellina.*

2. *Ferrea.*

3. *Ruthenica.*

4. *Talcum.*

5. *Molybdæna.*

V. AMIANTUS.

1. A. *Flexilis.*
 - a) A. *Linum.*
 - b) *Aluta.*
 - c) *Caro.*

2. *Rigidus.*
 - a) *Vitreus.*
 - b) *Suber.*
 - c) *Acerosus.*
 - d) *Immaturus,*

C. Siliceæ.

VI. GEMMA.

1. G. *Adamas.*
2. *Rubinus.*
3. *Sapphirus.*
4. *Topasius.*
5. *Smaragdus.*

VII. CRYSTALLUS.

1. C. *Pseudoadamus.*
2. *Montana.*

VIII. QUARZUM.

1. Q. *Figuratum.*
2. *Amorphum.*
 - a) *Pellucidum.*
 - b) *Opacum.*

IX. SILEX.

1. S. *Jaspis.*

2. *Achates.*

- a) Chalcedonius.
- b) Corneus.
- c) Carneolus.
- d) Beryllus
- e) Amethystus.
- f) Opalus,
- g) Onyx.
- h) Gemma Stephani.

X. COS.

I. C. *Arenarius.*

- a) Coticularis.
- b) Quadrum.
- c) Filtrum.
- d) Molaris.

ORDO SECUNDUS.

Terræ impuræ.

XI. ZEOLITES.

- 1. *Spatiformis.*
- 2. *Crystallifatus.*

XII. LAZULUS.

L. Orientalis.

XIII. MARGA.

- 1. *M. Rustica.*
- 2. *Porcellana.*
- 3. *Medulla Saxonum.*

XIV. BOLUS.

1. B. *Limus.*
2. *Schistus.*

XV. BASALTES.

1. B. *Granatus.*
2. *Prismaticus.*
3. *Striatus.*
4. *Micaceus.*
5. *Spatofus.*

XVI. MAGNESIA.

1. M. *Crystallisata.*
2. *Amorpha.*

CLASSIS SECUNDA.

Mineræ.

ORDO PRIMUS.

Salia.

A. *Salia acida.*

XVII. VITRIOLUM.

1. V. *Ferri.*
2. *Cupri.*
3. *Zinci.*

XVIII.



XVIII. ALUMEN.

1. A. *Terræ.*
2. Mineræ.

XIX. HALOTRICHUM.

1. H. *Capillis distinctis.*
2. *Capillis coalitis.*

XX. NITRUM.

1. N. *Commune.*

XXI. MURIA.

1. M. *Aquatica.*
2. *Montana.*

XXII. AMMONIACUM.

1. A. *Manifestum.*
2. *Occultum.*

XXIII. SAL MIRABILE.

1. S. M. *Purum.*
2. *Inpurum.*

XXIV. BORAX.

1. B. *Tincal.*
2. *Officinalis.*

B. *Salia alcalina.*

XXV. NATRUM.

1. N. *Fixum*

OR-

ORDO SECUNDUS.

B i t u m i n a.

XXVI. AMBRA.

- 2. *Volatilis.*
- 1. A. *Grisea.*
- 2. *Unicolor.*

XXVII. SUCCINUM.

- 1. S. *Electricum.*
- 2. *Copal.*

XXVIII. PIX MONTANA.

- 1. P. M. *Petroleum.*
- 2. *Maltha.*
- 3. *Mamia.*
- 4. *Aphaltum.*
- 5. *Turfa.*
- 6. *Lithantrax.*
- 7. *Gagas.*
- 8. *Suilla.*
- 9. *Hepatica.*

XXIX. SULPHUR.

- 1. S. *Solidum.*
- 2. *Pulverulentum.*

OR.



ORDO TERTIUS.

Metalla.

Ordo primus.

Metalla inductilia.

XXX. HYDRARGYRUM.

1. H. *Nudum.*

2. *Larvatum.*

XXXI. STIBIUM.

1. S. *Nudum?*

2. *Mineralisatum.*

a) *Colore chalybeo.*

α] *Crystallinum.*

β] *Striatum.*

γ] *Squamosum.*

δ] *Granosum.*

ε] *Capillare.*

b) *Colore rubro.*

XXXII. ARSENICUM.

1. A. *Nudum.*

2. *Mineralisatum.*

3. *Calciforme.*

XXXIII. WISMUTUM.

1. W. *Nudum.*

Ordo

*Ordo secundus.**Metalla ductilia.***XXXIV. ZINCUM.**1. *Z. Calciforme.*

- a) *Lapis calaminaris.*
- b) *Pseudogalena.*

XXXV. PLATINUM.*P. Nudum.***XXXVI. STANNUM.**1. *S. Calciforme.*

- a) *Crystallinum.*
- b) *Spatosum.*
- c) *Amorphum.*

XXXVIII. FERRUM.1. *F. Nudum.*2. *Mineralisatum.*3. *Calciforme.*

Figuratum.

- a) *Crystallinum.*
- b) *Spatosum.*
- c) *Micaceum.*

d)

- 
- d) Smiris.
 - e) Stalactiticum,
 - f) Pisiforme.

* * Amorphum.

- a) Magnes.
- b) Nigricans.
- c) Vulgare.
- d) Hæmatites.
- e) Friabile.
- f) Arenosum.
- g) Sinopis.

XXXVIII. CUPRUM.

2. C. *Nativum.*

2. *Mineralisatum.*

- a) Flavum.
- b) Cinereum.
- c) Albidum.

3. *Calciforme.*

- a) Viride,
- α] Friabile,
- β] Lapideum,
- b) Cæruleum.

α)

α] Rude.

β] Crystallinum.

c) Rubrum.

α] Amorphum.

β] Crystallinum.

d) Fuscum.

XXXIX. PLUMBUM.

1. P. *Nudum.*

2. *Mineralisatum.*

a) Cubicum.

b) Truncatum.

c) Galenicum.

d) Chalybeum.

e) Obscurum.

3. *Calciforme.*

a) Amorphum.

b) Spatosum.

c) Crystallinum.

XL. ARGENTUM.

1. A. *Nudum.*

2. *Larvatum.*

a) Vitreum.

b) Corneum.

c)

- 
- c) Rubrum.
 - d) Album.
 - e) Nigrum.
 - f) Plumosum.

XLI. AURUM.

- 1. A. Nudum.
- 2. Larvatum.

Appendix.

I. COBALTUM.

- 1. C. Metalliferum.
- 2. Sterile.

II. NICCOLUM.



STRUCTURA TELLURIS.

§. I.

Congregatis in unum locum aquis, aridam apparuisse (*a*), seu Tellurem in fluido natam, docent sacræ litteræ, idemque viri celeberrimi uno ore fatentur (*b*).

(*a*) GEN. I. I.

(*b*) THALES apud PLUTARCHUM de *Placit. Philosoph. I. I. c. 3.* SENECA *Quesit. Nat. I. 3. c. 13.* HIST. DE L' ACADEM. DES SCIENC. A. 1716. SCHWEDISCH. ABHANDL. *Tom. I. p. 239.* HIST. DE L' ACADEM. DE BERLIN. *Tom. XVIII. p. 54.* COMMENT. BONON. *Tom. I. p. 315.* LEIBNITZ. *Op. Tom. II. p. 201.* KRÜGER *Geschichte der Erde. §. 56.* PALISSI *Discors. admirand. p. 216.—226.* SILBERSCHLAG *Theor. der Erde §. 6—43.* WISTHON *Betrachtung der Erde p. 204.* ARGENTWILL *Oryctolog. P. II. p. 137.* LINN. *Syst. Nat. III. p. 5.*


 §. 2.

Metamorphosis hæc fluidi in solidum (*a*) etiamnum perseverat duratura usque in finem naturæ creatæ (*b*).

(*a*) BOYLE *Princip. Math.* III. p. 41. NEWTON *Optic.* III. p. 532. HENKEL *Fl. Saturn.* c. 4. p. 103. *HIST. DE L'ACADEM. DES SCIENC.* *Tom. VIII.* p. 135. *Tom. XII.* p. 20. WALLER ad HIERNE *Tent. Chym.* I. p. 30. 31. *not.* 6. BARTHOLIN. *Act. Haff.* *Vol. V.* p. 184.

(*b*) BOYLE *Chym. Scept.* *P. II.* p. 101. SCHWED. ABHANDL. *Tom. I.* p. 138. *Tom. XXI.* p. 54. 55. 194. 195. *HIST. DE L'ACADEM. DES SCIENC.* A. 1718. p. 7. LEIBNITZ. *Op.* *Tom. II.* p. 211. WOLFART. *Hist. Nat. Hass.* p. 18. SCHEUCHZER *Herb. Diluv.* p. 43. KRÜGER l. c. §. 43. WAGNER *Diss. de Lapid.* c. 2. §. 2. 4. LINN. l. c.

§. 3.

Quænam autem est terra primigenia? An calcaria (*a*)? sed repugnat ejus origo (*b*), & inclusa negant Petrefacta. An argillosa (*c*)? sed obstant summi viri (*d*); ergo silicea, seu cum alcali fixo vitrescens; hanc enim sovet aqua pura, hæc plantis inest, & hæc una primigenia LEIBNITZIO (*e*), ac BUFFONIO (*f*) visa est.

(a)

- (a) Hæc conjectura est LUDWIGIJ de Terr. Mus. Dresd. c. 5. p. 270. & CRONSTEDT. Mineralog. §. 4.
- (b) CAPELLER M. Pilat. c. 7. p. 175. LINN. l. c. p. 40. WALCH Steinreich. P. II. c. 1. p. 27.
- (c) Sic putat KRÜGER l. c. §. 43.
- (d) LUDWIG. l. c. c. 5. p. 266. 267. BUFFON Hist. Nat. Tom. I. p. 387. LINN. l. c. p. 200.
- (e) Apud LIEBKNECHT. Hass. subterrani. Sect. II. c. 1. p. 217. 218.
- (f) Hist. Nat. l. c.

§. 4.

Ita ecquidem suspicari, at asserere sine dubio non possumus ; quoisque enim terraquei hujus globi corticem (a) humana penetravit industria, nil nisi destructarum rerum rudera (b) in lucem traxit , evidenti argumento : iam neminem mortaliū primævam superficiem Terræ degere, quam ubique mutarunt :

- (a) LUDWIG. l. c. c. 5. p. 247.
- (b) *Natura quidquid componit resolvit, et quidquid resolvit componit iterum.* SENeca Ep. 30.

§. 5.

I. Interitus animalium plantarumque.

Hinc Humus (*a*), Petrefacta, & pleraque Bitumina.

(*a*) Dat in igne idem oleum, eundemque spiritum, ut animalia ac vegetantia.
BERLIN. MAGAZ. Tom. II. p. 691.

§. 6.

2. Singularis quædam substantia,
quam Acidum dixerunt Chemici.

Hæc aeri & aquæ intime immixta (*a*) plurima solvit, miscet, coagulat (*b*).

(*a*) BORRICH *de ortu Chym.* p. 82. 83. STAHL. *Opusc. Chym. Phys. Med.* p. 542. HENCKEL. *Fl. Saturn.* c. 4. p. 103. HIST. DE L'ACADEM DE BERLIN. Tom. VI. p. 82. Tom. IX. p. 27. LUDWIG. l. c. 62, p. 23. HAMBURG. MAGAZ. Tom. II. P. I. p. 161.

(*b*) Hæc origo crystallorum. KLEIN *de Lapid. Macrocosm.* ZIMMERMANN. *Berg-academie. Untersuchung der Eisenerde* p. 80. TEYCHMAYER. *Inst. Chym.* P. I. Sect. 2.

§. 7.

3. Montes ignivomi.

Olim plures (*a*), Terræ faciem mutarunt valde, non tamen ita, ut MORO putat.

(*a*)

- (a) Vulcanos recenset GIMMA *Phys. Sotteran.* l.6. c.8. LULOF *Kenntnis der Erdkugel.* c. 11. §. 225. 241. MAIOL. *Colleg.* 16. ALLGEMEINE GESCHICHTE DER WELT *Tom. II.* p. 500. 530. Montes olim ignivomos circa *Volvic, Rion, Puis, de Dommen, Mont' d'or* HIST. DE L' ACADEM. DES SCIENC. A. 1752.

§. 8.

4. Diluvia.

Inundationum præteriorum signa, sunt strata Terræ horizontalia, partes animalium plantarumque ab uno orbis angulo in alium translatæ (a) aliaque plurima iam ab aliis annotata (b)

- (a) DRESDNER MAGAZ. *Tom. II.* p. 219.— 226. EPHEM. NAT. CUR. *Vol. IX. Append.* p. 130. HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. A. 1718. 1721. p. 89.— 96. *Tab. 4.* & A. 1723. p. 297.
 (b) Et mare mediterraneum inde natum BÜTTNER *Corallograph.* c. 7. §. 21.

§. 9.

5. Decrementum maris.

Oceani decrementum pluribus observationibus (a) contra Lazari MORO (b) sen-

tentiam confirmatum , multiplicavit strata Telluris (c) , Petrefacta continentis auxit , novosque montes in lucem extulit .

- (a) PLIN. *Hist. Nat.* l. 2. c. 87. HIST. DE L' ACADEM. DES SCIENC. A. 1720. II. p. 539. A. 1753. III. p. 581. VALISNER. *Oper. Tom. II.* p. 323. SWEDENBORG. *Obs. miscell.* P. I. p. 45. G. BURNET. *Itin. Lips.* 1688. p. 337. LULOF. l. c. §. 428. 429. LIN. in *orat. de Tellur: incremento.* HIST. DE L' ACADEM. DES SCIENC. A. 1707. p. 7. ALLGEMEINE GE SCHICHT. DER WELT. c. 7. p. 628.
- (b) II. *Theil. xxv. Hauptstück.*
- (c) COMMENT. GÖTTING. *Tom. III.* p. 320. 349.

§. IO.

6. Terræmotus.

Hinc natæ insulæ (a) elevati & diducti (b) montes , ac una cum subiectis Terræ stratis (c) expulsæ ex suis sedibus aquæ.

- (a) PLIN l.c. l. 2. c. 87. SENECA *Quæst. Nat.* l. 2. c. 26. & l. 6. c. 21. BURNET. l. c. p. 401. MORO. l. c. COMMENT. GÖTTING. l. c. BERGER. *de Therm. Carolin.* p. 92.
- (b) HERODOT. l. 7. *Polymn.* p. 201.
- (c) HIST. DE L' ACAD. DE BERLIN, *Tom. XVIII.* p. 195.

§. II.

§. II.

7. Fontes.

Aquarum scaturigines latentes intra viscera montium terras educunt,eductis fluminum, lacuum & oceanii fundum elevant (*a*) inundationes promovent, novos lapides constituunt (*b*).

- (*a*) HAMBURG. MAGAZIN. Tom. III. p. 345.
 (*b*) LÜTHER *de Terris*. §. 2. p. 11.

§. I2.

8. Fatiscentia Fossilium.

Ex dissolutis devolutisque petris planities Finlandiae nata (*a*), & alibi lacuum fundus (*b*) elevatus fuit. Tophus, Stalactites, Spatum, Vitriola, Ochræ, soboles sunt terrarum ac minerarum dilapsarum.

- (*a*) SCHWEDISCH. ABHANDL. Tom. XIX. p. 218.
 (*b*) HIST. DE L'ACADEM. DES SCIENC. Tom. XVIII. p. 94.

§. I3.

Ex his patet.

1. **N**os etiamnum ignorare ubinam in regno lapideo natura incipiat ac desinat.

- ❧
2. Lapidē non omnes a Dēo fuisse creatos.
 3. Quodnam de systemate Burnetiano iudicium ferri queat.
 4. An omnibus circa structuram Telluris occurrentibus difficultatibus e medio tollendis satisfaciant systemata RAI, WODWARTII, LEIBNITII, & Lazari MORO?
 5. Montes non omnes (*a*) esse temporis filios.
 6. Naturam longe aliam Telluris ætatem prodere, ac historia dedit.

(a) KIRKER. *Mund. subterrān.* L. 8. S. I.
C. I. HIST. DE L' ACADEM. DES SCIENC.
A. 1706. 1718. KUNDMANN. *Rar. Nat.*
& *Art.* Sect. I. Cap. I. Tab. I. HIST.
DE L' ACAD. DE BERLIN. Tom. XVIII.
p. 94. WISTHON. *Nov. Tellur. Theoria.*
p. 310. DERHAM. *Phys. Theol.* l. 3. c. 4.
LEHMANN. *de Tractu Mont.* §. 6. BÜTT-
NER. *Rud. Diluv.* §. 45. SILBERSCHLAG.
l. c. §. 104. 127.

SYSTEMATA MINERALOGICA.

§. 14.

Mineralogia est pars illa historiæ naturalis, quæ fossilium diagnosim & usum explicat. Diagonosis innititur characteribus essen-


essentialibus, quos suppeditat in primis chemica analysis. Fundamento huic inaedificata sunt fere omnia systemata nunc enarranda.

Fossilia in 2. Classes diviserunt

ARISTOTELES (a)	$\delta\acute{e}\acute{o}x\gamma\alpha$. Fossilia
	Metamérya.
DIOSCORIDES (b)	Metallica.
LIBAVIUS (c)	Marina
DA COSTA (d)	Terrestria,
WALGHIES (e)	Fluida,
LESSER. (f)	Solida.
	Terræ,
	Lapides.
	Figurata.
	Amorpha.
	Nobilia.
	Ignobilia.

- (a) Meterolog. l. 3. 4. quem secutus est ERESIUS, eorum tamen habitu ad invicem, & ad ignem observato.
- (b) DICSCORIDIS intentio præcipua non fuit sistema proponere. DIOSCORIDES (ait GALENUS de simplic. medicam. facult. 1.6. in Proem.) memorans & metallica omnia videtur mihi perfectissimum tractatum de materia medicamentorum confecisse.
- (c) Comment. metallic. l. 1.
- (d) Natural Hist. of, Fossil. London. 1757.

(e)



- (e) *Steinreich.* 1762. Solus hic chemicam
lapidum analysim reiicit.
(f) *Litholog.* 1735.

§. I5.

In 3. Classes.

LACHMUND (a)	Terræ Succi indurati Lapides.
WORMIUS (b)	Mineralia media. Lapides. Metalla.
KREÜTERMANN (c)	Metalla. Mineralia. Lapides.
HELWINGIUS (d)	Terræ. Lapides. Bitumina & Salia.
V. LINNÉ (e)	Lapides Mineræ. Fossilia.
ARGENWILLE (f)	Terræ. Lapides. Metalla & Mineralia.

- (a) *Oryctolog. Hildejch.* 1669.
(b) *Mus. Wormian.* 1655. nec non BAK-
ENHOFFER & KÖNIG.
(c) *Regn. Mineral.* 1717. sed cur primo
Metalla?
(d) *Lithograph. Angerburg.* 1717. 1720.
arbitrarie nimis.

(e)

- (e) *Syst. Nat. Edit. XII. Tom. III. 1768.*
Estne ordo hic vere naturalis?
- (f) *Oryctolog. 1755. Misera combinatio Kentmannianæ & Aelwingianæ methodi.*

§. 16.

In 4. Classes

CARDANUS (a)	Terræ. Succi. Lapides. Metalla.
CÆSALPINUS (b)	Solubilia in aqua. — in oleo Insolubilia. Liquabilia.
BECHERUS (c)	Terræ. Lapides. Mineralia. Composita.
O. BROWALLIUS (d)	Mineralia media. Lapides. Metalla Metallis adfinia.
WALLERIUS (e)	Terræ. Lapides. Mineræ. Composita.
BAYERUS (f)	Terræ. Lapides.

Salia



Salia & corpora
sulphurea.

Metalla.

CRONSTEDTUS (g) Terræ.

Salia.

Inflammabilia.

Metalla.

(a) *De Subtilit.* l. 5. 1664. una cum AL-
DROVANDO & BARBA.

(b) *De re metallica;* l. 3. 1602.

(c) *Phys. subterrani.* 1664.

(d) *Cathalog. Rer. curios.* 1698.

(e) *Mineralog.* 1747. *Chemia metallurgica*
præclaro huic viro sua debet incre-
menta.

(f) *Oryctolog. Nor.* 1758.

(g) *Versuch einer Mineralogie aus dem*
schwædischen übersezt. Eximum opus,
nunc denuo editum & notis auctum a
Cl. BRÜNNICHIO.

§. 17.

In 5. Clases.

AGRICOLA (a) Terræ.

Succi indurati.

Lapides.

Fossilia.

Metalla.

ENCELIUS (b) Mineralia maiora.

Mineralia media.

Un-

	Unctuosa.
	Terræ.
	Lapides.
CALCEOLARIUS (c)	Terræ.
	Succi indurati.
	Lapides.
	Metalla.
	Genesis Metallorum.
SCHWENKELDIUS (d)	Terræ.
	Lapides.
	Succi.
	Metalla.
	Corpora metallica.
JONSTONUS (e)	Terræ.
	Succi concreti.
	Bitumina.
	Lapides.
	Metalla.
	Metalla.
CRAMERUS (f)	Semimetalla.
	Salia.
	Sulphura.
	Lapides & Terræ.
LEHMANNUS (g)	Terræ.
	Salia.
	Inflammabilia.
	Lapides.
	Metalla.
BERTRARDUS (h)	Terræ.
	Salia.
	Inflammabilia.

Semi-

Semimettalla.
Metalla.

- (a) *De ortu subterraneorum, & in Bergmanno.* 1657. Utilissima diligentissimi AGRICOLÆ scripta certiores nos redundt antiquæ methodi liquandi mineralis, ac latina nomina tradit instrumentorum, quibus res metallica indiget.
- (b) *De re metallica.* 1551.
- (c) *Musæum.* 1622.
- (d) *Cathalogus Plantarum & Fossilium Silesiae.* 1600.
- (e) *Not. Regn. Mineral.* compilatum opus, ut alia.
- (f) *Anfangsgründe der Probierkunst.* 1746. utile opus.
- (g) *Entwurf einer Mineralogie.* 1760. Diligentia Marggrafum, dictione Henckellum imitatus est.
- (h) *Essai sur les Montagn.* 1754; sed alibi aliter dividit.

§. 18.

In 6. Classes.

IMPERATUS (a)	Terræ.
	Salia.
	Pinguia.
	Ad Metallorum familiam spectantia.
	Metalla.
	Lapides.

M. BROMELIUS	(b)	Terræ. Salia. Sulphura. Lapides. Mineralia & Semimetallica.
HENCKELIUS	(c)	Aqua. Succi concreti. Salia. Terræ. Lapides. Metalla.
WOLTERSDORFIUS	(d)	Terræ. Lapides. Salia. Bitumina. Semimetalla. Metalla.
JUSTI	(e)	Metalla. Semimetalla Inflammabilia. Petrefacta. Terræ & Lapides
VOGEL	(f)	Terræ. Lapides. Petrefacta. Salia. Inflammabilia. Metalla & Semimetallica.



- (a) *Hist. Nat.* 1672.
- (b) *Inledning.* 1730. *Methodus Bromeliana nequit dici Systema, quamdiu clavis classum, characteres generum, differentiae specierum, synonyma authorum deficiant.* LINN. *Syst. Nat.* p. 14.
- (c) *In Mineralogia redivivus.* 1759. *oculatissimus Mineralogus.*
- (d) *Systema Mineral.* 1755.
- (e) *Grundriss des Mineralreiches.* 1757.
- (f) *Practisches Mineralsystem.* 1762. *Primus theoretica & practica artis præcepta in unum opus conjunxit.*

§. 19.

In 7. Classes

HIARNE (a)	Aqua. Terræ. Lapides. Metalla. Semimetalla. Salia. Sulphura.
JAC. SCHEUCHZER (b)	Terræ. Lapides. Salia. Bitumina. Mineralia. Metalla. Rudera Diluvii.
WODWARD (c)	Terræ. Lapides.

Bitu-

Bitumina,
Salia,
Mineralia,
Metalla.
Petrefacta.

J.F.CARTHEÜSER (d) Terræ.
Lapides.
Salia.
Inflammabilia,
Semimetalla,
Metalla.
Fossilia figurata &
petrefacta.

BAUMER (e)
Inflammabilia,
Aqua.
Salia.
Lapides.
Corpora figurata.
Mineræ & Metalla.

- (a) *Kort. Anleidnig.* 1694. Svecia Mineralogiam in cunis vagientem enutritivit.
- (b) *Metereol & Oryctograph.* Helvet. Patriæ decus.
- (c) *Fossils of all kinds digested in to a method suitable &c.* 1728.
- (d) *Elem. Mineralog. System.* Systema Wodwardianum modice immutatum.
- (e) *Geschichte des Mineralreiches.* 1763. magis alienis, quam propriis inventis dives.



§. 20.

In 8. Clases.

BROWNE (a)

Aquæ.

Salia.

Terræ metallicæ.

Mineræ.

Terræ & corpora ter-
restria.

Argilla & Lapidæ ar-
gilloſi.

Marga & Lapidæ
margacei.

Alia Fossilia ad has
clases non perti-
nentia.

Quam longe a legibus naturæ!

§. 21.

In 10. Clases

DE BOMARE. (a)

Aqua. (d)

Terræ. (c)

Lapidæ. (c)

Salia. (b)

Pyrites. (b)

Semimetalla. (c)

Metalla. (c)

Bitumina & Sulphur.

Fossilia figurata &
Mineralia.

(a) Mineralogie 1762.

Plura Systemata cum recto de iis iudicio, habet
Cl. WALLERIUS in dissertatione sua *de systemati-
bus Mineralogicis.* 1768.

§. 22.

Quousque nos latuerint genuina corporum multorum principia, ut v. g. Micæ, Basaltis, Pseudogalenæ, Arsenici, aliorumque, perfectum systema mineralogicum frustra speramus.

Latent quoque etiamnum plurima, si-
ne quibus genuina methodus esse non po-
test.

Natura vim patitur, quoties terræ a
lapidibus totis classibus removentur. (a).

Habitus & figura infidos fossilium sup-
peditant characteres (b).

Corpora in aula subterranea haud qua-
quam decentia, ut & fluidum aqueum a
fossilium numero separamus.

Ego binas fossilium classes, nec plu-
res adgnosco, nempe Terras & Mineras.

(a) *Lapides sunt terræ induratae, mutan-
dæ in terram, si in pulverem redactæ
fuerint.* HIST. DE L' ACADEM. DE BER-
LIN. Tom. I. p. 59. *Montes lapidei pau-*

latim dissolvuntur in terram. CÆSALPIN. de Metallic. l. i. c. 9.

(b) WALLER. *Dissert. de Syst. Mineralog.* §. 94. p. 143.

§. 23.

CLASSIS PRIMA.

Terræ (a).

Fossilia non metallica, nec in aqua aut oleis solubilia.

ORDO PRIMUS.

Terræ puriores (b).

Ex partibus homogeneis maxima parte compositæ (c).

A. *Calcariae.*

Quæ friabiles in igne redduntur.

(a) *Scientiarum omnium initium ab his, quæ sunt faciliora, duci debet.* ARISTOT. Phys. l. i. c. 1.

(b) *Terrarum duo genera sunt, unum simplex, alterum mixtum.* MERCAT. Metalloth. Arm. I. c. 1. p. 7.

(c) *Quæ in particulis sensu distinguendis similem materiam, similesque affectiones habent, simplices sive homogeneas, quæ vero*

vero sensui diversam particularum materialiam offerunt, compositas sive heterogeneas appello. LUDWIG. de Terr. Mus. Dresd. c. 2. p. 30.

§. 24.

Genus I. CALCARIUS.

DIAGNOSIS. Solvitur in acido minerali. Calcinatus dilabitur in aqua, & partim solvitur cum effervescentia & calore (a). Decomponit Sal ammoniacum. Præcipitatur ex acido Nitri ab acido Vitrioli.

(a) Phoenomeni hujus variæ causæ assignatae sunt. Unio aquæ cum acido vitrilico Calcis concentrato. NEÜMANN. *Præl. Chym.* p. I. c. 8. idem fere docet HAMBURG. MAGAZIN. Tom. XV. p. 6. Fritio aquæ ad parietes cavitatum ex quibus aer expulsus fuit. HIST. DE L'ACADEM. DES SCIENC. Motus & rarefactio igneæ substantiæ Calcis. MAYER von Kalk. c. 5. p. 27. Expulsio inflammabilis. HIST. DE L'ACAD. DES SCIENC. l. c. l. c. A. 1724. p. 126.

§. 25.

SPECIES I. C. vulgaris.

Polituram non meretur, nec elegantem admittit. B 3 Va-

Varietates. a) *rudis.*

WALLER. Sp. 41. WOLTERSDORF. Cl. II. O.
4. Gen. & Sp. I. JUSTI. §. 412.

LEHMANN. §. 54. a) CRONSTEDT. §. 7.
b) *scintillans.*

LINN. p. 41. n. 6, WALLER. Sp. 42. GROS
NOV. *supel.* p. 6. n. 18.
c) *granosus.*

WALLER. Sp. 43. CRONSTEDT. §. 8.
d) *fibrosus.*

LINN. p. 42. n. 9.

2. C. Marmor.

Polituram meretur, & elegantem admittit.

Varietates. a) *unicolor.*

WALLER. Sp. 44. LINN. p. 40. a. 2.
b) *multicolor.*

WALLER. Sp. 45. LINN. l. c. n. λ.
c) *pictus.*

WALLER. Sp. 46. LINN. p. 41. n. 3. (a)

(a) Marmorum varietates innumeræ sunt.
Nonnullas recenset GIMMA. *Phys. Sotteran.* l. 5. c. 2. *Art.* 1—7. ARGENWILL.
Oryctolog. P. II. p. 189. &c. HAMBURG.
MAGAZIN. Tom. XIX. p. 301. — 310.
Color a terris metallicis.

§. 26.

METAMORPHOSES LAPIDIS CALCARII.

Lapidis calcarii (§. 25.) superficie fatiscentis particulæ ab aquis abreptæ, & hinc inde depositæ constituunt Cretam, Tophum, Stalactitem, Petrefacta, Spatum.

Creta.

BRÜKMANN. *Epist. Itin.* I. WALLER. *Sp.* 8.
 LINN. *Gothländ. Reise.* Tom. I. p. 197.
 255. *Syst. Nat.* p. 206. n. 2. JUSTI,
 §. 415. CRONSTEDT. §. 5. n. 1, I,
 SCHÆFFFR. *Bergmehl.* 1757.

Purior pars lapidis calcarii pulverulenta, aut solidata (a), cum Lithomarga haud quaquam confundenda, (b).

(a) Talis est Lac Lunæ NEÜMANN. *Præl. Chym.* P. V. c. 15. p. 1541. BAIER *Oryctograph.* c. 3. p. 9. LUDWIG. l. c. p. 57. 58. CAPELLER *M. Pilat.* c. 7. p. 166. aut Morochitus, Galactites, Melites. AGRICOL. *de Nat. Fossil.* l. 5. p. 606.

(b) Ut placuit VALENTINO. *Hist. simpl.* l. 1. c. 1. §. 9. WODWARDO. *Metb. Foss.* p. 4. BAIEROL. c. CRAMERO. *Probierkunst.* p. 1. p. 47.



§. 27.

Tophus.

Terra calcaria heterogeneis mixta, solida,
minime crystallisata.

Varietates a) vulgaris.

WOLFART. *Hist. Nat. Hass.* P. I. c. 2. §. 8.

WALLER. *Sp. 310.* I. 2. LINN. p. 186.
n. 1.

Marga rudis indurata a)

b) *incrustans.*

WALLER. *Sp. 307.* GRONOV. *Sup.* p. 55. n.
6. 9. 11. SCHREBER *Litholog.* n. 92.

Substantia prioris, a) alia corpora inve-
stiens.

c) *Pisiformis.*

MATHESIUS *Predig.* 3. p. 49. WOLFART, I.C.
p. 27. Tab. fig. *sp. 12. 13. 14.* WAL-
LER. *sp. 309.* LINN. p. 109. n. 14.
Mus. Tessin. p. 74. SPRINGSFELD. vom
Carlsbad. §. 48. Tab. I. 2. Cronstedt.
p. 12. I.

Pisolites Thermarum Carolinarum constat
lamellis concentricis, polituram admit-
tentibus. Huc pertinet illa Albulæ flu-
vii sedimenta, quæ *Confetti di Tivoli* in
Italia dicuntur.

(a) CRONSTEDT. §. 28.

(b) NEÜES HAMBURG MAGAZIN. Tom. I. p.
556.

§. 28.

§. 28.

Petrefacta.

Ad regnum animale aut vegetable spectantia corpora, quorum vasa liquoribus sensim exhausta, nec putredine aut fermentatione destructa, replevit terra calcaria. Hæc pro lusibus (a) naturæ male habita, ubique (b) occurunt, nunc varii generis a diluviis simul congesta, nunc vero ad unicum, aut huic ad finem familiam pertinentia, quæ recedens oceanus post se reliquit. Farrago ingens harum rerum descripta, delineata, & in musæis adservata passim exstat, historiæ telluris, ac lapidum genesi illustrandæ inserviens, quam denus repetere, nec scopus hujus operis, nec proposita nobis ejusdem brevitas, ullo modo concedit.

(a) Pro quibus ne quidem lapides idiomorphos Wirceburgenses habet BERINGER.

Lithograph. Wirceburg. P. I. c. 3. p. 91.

(b) *Hist. des Petrification. P. II. p. 29. = 56.*

§. 29.

Stalactites.

Lapis calcarius stillando natus eo modo, quo Calx viva ab aquo solvente secedens, in ejus superficiem crustam constituit (a).

Varietates a) friabilis.

LINN.

LINN. l. c. n. 2. Schreber. l. c. n. 93.

Tubulus fragilis, aqua plenus, pendet e
fornice cuniculi, productus a Calce, quam
aqua murum penetrans secum abripuit.

b) *Rudis.*

WALLER. sp. 308. n. 1. LINN. p. 183. n.
3. SCHREBER. l. c. n. 94.

Minime spatosus, particulis crassioribus
constans, griseo colore saepe tinctus, in
cryptis habitans.

b) *Coralloides.*

VALENTIN. Mus. Mus. Tom. I. p. 86. BRÜK-
MANN Magnat. Tom. I. p. 39. Tab. I.
fig. 2. KUNDMANN. Rar. Nat. & Art.
p. 283. Tab. 13. n. 6. SWEDENBORG
de Ferro. p. 297. Tab. 36. BESLER
Gazoph. c. 12. WALLER sp. 253. n. 1.
LINN. l. c. n. 4.

Mineræ Ferri spatosæ individuus est comes,
albus, ramosus, Ferrum non fovens.

b) *Spatosus.*

HIST. DE L'ACAD. DES SCIENG. A. 1753. III.
p. 557. LINN. p. 184. n. 7. GRON-
STEDT. §. 12. 2.)

Habitat in cryptis subterraneis, varias re-
rum figuræ jucundo spectaculo referens,
albus, aut subrufo colore tinctus.

§. 30.

Spatum.

WALLER. *Gen. X.* nonnullis exceptis.

LINN. p. 48. n. II. CRONSTEDT. §.
IO. II.

Est purior pars Calcarii, a peculiari acido
(a) solidata in rhombos, qui ob immixta
heterogenea, aut acidi alienam indolem,
degenerant in cubicas, prismaticas, pyrami-
dales, subrotundas, crystallos vel congo-
merati, congesti, imbricati constituunt
tubulos, tubera, pyramides, aut elisi con-
fluent in corpora conica, funiculis similia,
amianthiformia, concentrica, aliaque plu-
rima, alio loco describenda.

(a) Muriaticum esse, conjectura est *Ill. a*
LINNE. l. c. in *not.*

§. 31.

ANALYSIS. **E** Lapide calcario expellitur
ab igne aqua, aer, s^epe & alcali volatile
(a) præsertim e Petrefacta fovente (b), nec
raro quid acidi muriatici (c). Præter hæc
peculiare quid inesse Calci docuit MAYERUS;
idque acidum pingue vocavit. Negant hoc
BLACKIANI & solo aere expulso Calcarium
mutari in calcem, coque redditio quocum-
que modo redire denuo in crudam prio-
rem

rem indolem, indubie affirmant. Mihi nec una, nec alia hypothesis plene satisfacit. Calcarium in igne acquirere dotes aliquas, quas antea non habebat, easque in aere libero non ammittere, certum est, sed specificæ cuidam substantiæ, seu acido pingui, adscribendas esse libere nimis pronunciavit MAYERUS. Sed neque doctrina de aere fixo sat firmo innixa est fundamento. Calx aerem perdit in igne, acquirit denuo ab aqua adfusa, aut aeri libero exposita; ergo vel experimenta sua non cum Calce, sed cum Calcario crudo instituerunt BLACKIANI, vel Physici in statuenda aeris natura errarunt omnes.

- (a) HIAERN *Tent. Chym. IV. Exam. I. 4.*
- (b) HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1747.
I. p. 102. 105.
- (c) WALLER. in not. ad HIAERNE. I.C.HAMBURG.
MAGAZIN. Tom. XV. p. 5.

§. 32.

usus. Calcarius crudus, aut semiustus additur mineris Argenti tam illis, qui prima vice una cum Pyrite, quam aliis, qui una cum Lecho (a) a prima liquatione producto liquantur. Hoc additamento non solum fusio promovetur (b), sed & major obtinetur Lechi copia (c). Idem lapis ad liquationes minerarum Cupri & Ferri pyriticosi

ticosi (*d*) utiliter adhibetur, ut melioris notæ Cuprum ac Ferrum prodeat. Eodem additamento & Hydrargyrum a Sulphure omnium optime separatur (*e*).

- (a) Panem vocat AGRICOLA, minus apte. Ego *Lechum* appello ab antiqua germanica denominatione *Lech*, eodem jure, quo germanica quoque vocabula *Speisum* & *Gelfum* retinuit WALLE RIUS.
- (b) Calx cum Sulphure, Pyritis hepar constituit. LEHMANN *Mineralog.* §. 55. MAYER *von Kalk.* c. 14. p. 119. quod refractarios quoque Lapidès solvit, BROMEL *Mineralog. Svec.* c. 5. §. 5.
- (c) SCHWEDISCH ABRANDL. *Tom. XIII.* p. 217. WALLER. l.c. §. 3.
- (d) CANCRINUS *Bergwerk.* 4. Stuk. §. 23. & 5. Stuk. §. 12.
- (e) *Act. Angl.* A. 1669. p. 356.

§. 33.

In calcinatione lapidis evitanda est superflua consumptio lignorum, quod facile obtineri potest adhibito ad hunc finem Carbone fossili, ac furnis debito modo construtis.

Calcarius cum eadem quantitate Quarzi non fluit in igne, ac difficulter etiam cum æquali

æquali copia Argillæ puræ, & Quarzi mixtus. Si vero ei additæ fuerint tres partes Quarzi, duæque Argillæ puræ, tunc obtinetur inde massa vitrea, pellucida, viridi colore tincta. (a)

(a) Plura ac similia experimenta vide in *Lithogeognosia. Cl. Pott.*

§. 34.

Genus II. GYPSUM.

DIAGNOSIS. Calcario (25) friabilius est.
Non solvitur ab acidis (a)
Calcinatum cum aqua induratur
Summo igne ustum Phosphorum
constituit (b).

(a) HIST. DE L' ACAD. DE BERLIN.
Tom. I. p. 60. VOGEL Mineral-syst. p. 118. §. 5.

(b) MARGGRAFF. *Chym. Schrift. II. Abhandl. 9. CRONSTEDT. §. 18. Anmerkung.*

§. 35.

SPECIES I. G. commune.

WALLER. *Sp. 48. LINN. p. 45. n. I. 2.*
CRONSTEDT. *§. 16. VOGEL. l. c.*
Con-

Constat particulis rudioribus albis, quandoque & coloratis, tuncque *Lapis cælestis* (a) a quibusdam appellatur.

2. G. Alabastrum (b).

CÆSALPIN de Metall. l. 2. c. 8. WOLFART. Hist. Nat. Hass. p. 23. WALLER. sp. 47. LINN. p. 45. n. 3. CRONSTEDT. §. 15. VOGEL. l. c. p. 119. §. 6.

Polituram admittit, Marmori (25.2.) ab ARGENVILLIO (b) ideo adnumeratum.

3. G. Stirium.

HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1718.
I. p. 109. BAUER. Oryctolog. Nor.
C. 4. p. 13. RICHTER. Mus. P. II.
Sect. 5. Gen. 11. WALLER. sp. 52.
LINN. p. 47. CRONSTEDT. §. 17.

Lapis fibrosus, diversus a congeneribus ut *Calcarii vulg.* var. d) a reliquis.

(a) RITTER de Alabastr. §. 15.

(b) Alabastrinus mons, & Alabastra urbs Phrygiæ ab hoc lapide dicta, STEPH. de Urb. p. 57.

(c) Oryctolog. P. II. p. 188.


 §. 36.

METAMORPHOSES GYPSI.

 G. *pulverulentum.* (a)

CRONSTEDT. §. 14. LINN. p. 207. n. 6. VAN-
DELL *de Therm. agri Patav.* c. 3. p. 111.

Farina Cretæ (26) similis.

 G. *Glacies.*

HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. I. C. p. 108.

WALLER. sp. 50. CRONSTEDT. §. 18.
n. 1. VOGEL. I. C. p. 159.

Crystallus pellucida, magna, rhomboidalis,
peregrina corpora quandoque includens.

 G. *Selenites.*

LINN. p. 91. n. 9. CRONSTEDT. §. 19. LANG.

Mineralog. p. 39.

Crystallus subcubica, rhombea, prismatica;
angulis octo, duodecim, raro
pluribus; planis duobus oppositis,
multo majoribus (b).

 G. *Spatofum.*

CRONSTEDT §. 182.

Huc pertinent Spatum ponderosum, fluxi-
le (c), & Lapis Bononiensis.

(a) An hoc Gypsum nativum THEOPHRASTI
de Lapid. ac PLIN. *Hist. Nat.* l. 36. c.
24. ?

(b)

- (b) Crystallos seleniticas varie figuratas habet. HIST. ACAD. SCIENC. PARIS. 1724. p. 287. Tab. 12. fig. 1 — 10. & WALLER. sp. 49.
- (c) MARGGRAF. Chym. Schrift. II. Abhandl. 9. 10.

§. 37.

Gypsum est terra calcaria (a) acido vitriolico saturata, hoc enim cum inflammabili in igne inde expulsum (b) Sulphur constituit, remanente terra omnino calcaria. Sed *Gypso stirio* cum sale fossili degente, nec non Spato fluxili videtur inesse acidum alterius indolis, ac forte idem, quod ex aqua siliceam terram enititur. Ineptam prorsus lapidis Bononiensis descriptiōnem tradidit KÖNIG (c), nec Alabastrum examinavit RITTERUS (d) dum ait fabulosis, glutinosis, salinisque particulis esse compositum.

- (a) *Saxum Calcis parens est Gypsi* AGRICOLA de Fossil. l. 5.
- (b) D'ARCET. *Memoir. sur. P action du feu égal.* p. 24. MARGGRAF. Chym. Schrift. II. Abhandl. 10.
- (c) *Regn. Mineral.* c. 10. p. 301.
- (d) *De Alabastro.* §. 6.

§. 38.

Usus. Fluoribus minerarum omnium tenacitatem facillime superari, excoctorum ne-

minem latet. Antiquis usus Gypsi alius erat (a) ac ævo nostro. Notissima est semivitrea substantia ex Gypso ac vitro pu-ro (b), nec non ex eodem & Argilla alba (c) parabilis. Ex Alabastri parte una, Calcis duabus, & Quarzi una obtinui vitrum virescens, pellucidum.

(a) Vide PLIN. *Hist. Nat.* l. 3. c. 24. TIBULL. l. 12. p. 348. HERODOT. l. 3. p. 82.

(b) HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1729. POTT. *Lithopogeog.* p. 21. 22.

(c) D' ARCET. l. c. n. 70.

§. 39.

B. *Argilloſæ.*

Quæ in igne duriores fūnt. (a)

Genus III. *Argilla* (b).

DIAGNOSIS. Pura resistit igni etiam fortissimo (c).

Constat particulis tenacibus, impalpabilibus, lubricis, in acido minime solubilibus.

(a) HIST. DE L' ACAD. DE BERLIN. Tom. I. p. 60. POTT. l. c. p. 3. LEHMANN. *Mineralog.* §. 6. LINN. p. 51. & 256.

(b) *Argilla duplex*, quæ fert ignem, & quæ minime. *Prima Tasconium PLINII. l. 33. c. 4.* MERCAT. *Metalloth. Arm.* l. c. 18.

(c)

(c) D'ARCET. l.c.p. 28. LUDVIG. de Terr. &c.
c. 2. p. 53.

§. 40.

SPECIES. I. A. *friabilis*.

WALLER. sp. 22. CRONSTEDT. §. 78. I.
LINN. p. 200. n. I. 2.

Aquam avide attrahit, retinet, linguæ adhæret.

2. A. *Lapidea*.

CRONSTEDT. §. 79.

Lapis serpentinus, nephriticus, Steatites (a)
aliique similes torno apti, ad hanc speciem referendi (b), etsi in foco speculi in
vitrum nigrum diffluant, (c).

(a) Hujus soboles est terra miraculosa. NOV.
EPHEM. NAT. CUR. Tom. III. p. 93.

(b) HIST. DE L' ACAD. DE BERLIN. Tom. II.
p. 72. & Tom. III. p. 69. 70. SCHWED.
ABHANDL. Tom. VIII. p. 22. BERTRAND.
Diction. des Fossil. P. II. p. 78.

(c) HAMBURG. MAGAZIN. Tom. V. p. 579.

§. 41.

ANALYSIS. Argilla quælibet fovet Sal alcali
volatile (a) & principium inflammabile glu-
C 2 tini

tini inhærens (*b*) terram quoque alcalinam specificam, quæ cum acido Vitrioli Alumen constituit, eidem inesse demonstravit accuratissimus Marggraffius (*c*). Lapis serpentinus continet eandem terram, quæ ex ultimo lixivio Muriæ extrahi potest (*d*); Nephriticus vero dat in genere liquorem alcalinum, oleum vero nullum (*e*).

(a) SCHWED. ABHANDL. Tom. X. p. 325.

(b) VOGEL. Mineralſyſt. p. 40. HIARNE Tent. Chym. L p. 15. not. O. POTT. Lithogeo-
on. p. 32.

(c) Chym. Schrift. I. Abhandl. II. §. I.

(d) HIST. DE L'ACADEM. DE BERLIN. Tom. XVI. p. 75. &c.

(e) NOV. ACT. PETROPOLIT. Tom. X. p. 381.

§. 42.

usus. Calcarii tenacitatem in operibus fusoriis superat Argilla (*a*). Hæc ipsa oricalchinis, vitriariis, atque chimicis officinis præstantissima vasa suppeditat. Ejus quoque summam in oeconomicis utilitatem nemo est, qui ignorat, ut vix alia sit terra, quæ generis humani commoda magis promoveat; hinc nullam orbis partem, & ne quidem intima terræ viscera sine ea voluit creator, comitatur enim venas metallicas, imisque Muriæ fossilis subjacet stratis.

(a) POTT Lithonogeo. p. 12.

§. 43.

§. 43.

Genus IV. MICA.

DIAGNOSIS. Constat squamulis, aut lamellis lucidis, tenuissimis.

SPECIES I. M. *Fellina*.

AGRICOLA in *Berman*, Op. p. 669. WALTER. Sp. 126, 127. CRONSTEDT §. 94. 2. & 95. 2. LINN. p. 58. n. 3. 4. GRONOV. *Supel*. p. II. VOGEL. l. c. p. 65. 66. §. 3. 4.

Color squamarum aureus aut argenteus est, ex quo minus aptum Chrysitis & Argyritis nomen obtinuit, cum vocabulis hisce non Mica, sed aliud quid (a) a veteribus fuerit indicatum.

2. M. *Ferrea*.

LINN. p. 139. n. 18. IUSTI §. III. CARTHEUSER. p. 72. PODA in *additam. ad select.* LINN. *Dissert.* A. 1769. p. 258.

Ferri color huic essentialis, nec in acidis, aut in igne mutabilis.

(a) χρυσιτις *Terra auraria*, æquivalentis argenturia, quæ Aurum aut Argentum fovet. *Agricola de Nat. Fossil.* L. 10. Op. 661. *Hamochrysum*. *PLINII. Hist. Nat.*

Nat. L. 37. *C. II.* etiam a SALMASIO
aurosus lapis dicitur. *Exercit. C.* 52.
p. 757.

§. 44.

3. M. Ruthenica.

WALLER. *Sp. 125.* LINN. p. 18. n. 1. STANG
de vitro Ruthenico.

Hic veterum Lapis specularis (*a*) constat
 amplis, flexilibus, ac pellucidis lamellis.

4. M. Talcum.

WALLER. *Sp. 132.* LINN. p. 59. n. 7.

Lamellæ huic tactu pingues, fragiles, plus
 minus opacæ, quandoque minimæ & in
 solidum lapidem coadunatae.

5. M. Molybdæna.

Veterum Molybdæna (*b*) ad genus Plumbi
 pertinebat. Recentiores nimia licentia
 nomen hoc dedere Micæ particulis mini-
 mis, inquinantibus, atro-plumbeis.

(a) AGRICOLA *Bermann.* Op. p. 697. ALBIN.
Bergcronik. Tit. 19. p. 152. non vero
 Gypsum Glacies. ARGENWILL *Orycto-
 log.* p. 220, aut Selenites, ut putat VOLK-
 MANNUS l. 2. P. I. C. 21. §. 13.

(b) Hoc nomen imposuit Plumbo galeni-
 co, aliæque metallum hoc foventi sub-
 stantiæ

stantiæ AGRICOLA *De Re Metallica* l. 7.
p. 184. BERMANN. *Op.* p. 687. 688.
Lithargyrio catini MATHESIUS *Predig.*
13. p. 209. Lithargyro ENCEL. *[de re
Metallic.]* L. I. C. 12. Plumbeo furni
recremento FALLOP. *de re Metallic.* C.
26. CÆSALPIN *de Metall.* L. 3. C. 8.

§. 45.

NANALYSIS. Novum metallum, quod Auro mixtum, hujus colorem & malleabilitatem non minuit, e Mica felina eduxit Cl. JUSTI. Mica artefacta ex calce Stanni ac Sulphure puro (a), nec non ex metallicis corporibus tam via sicca, quam humida (b), vario modo tractatis, clare docet, nec a natura absque metallicis, ac volatilibus particulis elaborari ullo modo posse. Minera micae Herciniæ, a LEHMANNO (c) examinata, fuit corpus compositum, ex terra argillosa, particulis ferreo-talcosis, ac Sulphure.

(a) Vid. ANN. NOSTRUM VI. HIST. NAT. *de Sulpb.*

(b) ALCHYMISTISCHE BRIEFE. *Erster Brief.*
p. 10.

(c) HIST. DE L' ACADEM. DE BERLIN *Tom.*
XIV. p. 30.



§. 46.

Mica Ruthenica leviter cum Nitro detonat, non fluit cum sale Tartari, & foveat terram Aluminis, terramque martialem (*a*). Circa principia Molybdænæ non consentiunt Autores; Svecica Faelfstromensis teste BROMELIO (*a*), perdit in igne ex partibus centum ultra nonaginta, & destillando dat oleum Petreolo simile, Bituminibus ea de causa a CRONSTEDTO adnumerata (*c*). E contra vero germanica vix amittit in igne vi gesimam partem, ac modice admodum cum Nitro detonat (*d*). Tandem Ill. a Linnè, singulare quoddam nec fusile Metallum ei inesse suspicatus, novum genus inde fecit (*e*), sufficientibus experimentis nondum confirmatum.

(*a*) STANG. l. c. §. 10. 12. 13. 18. 20. 24.

(*b*) Mineralog. Svec. C. 10. §. 5.

(*c*) §. 154.

(*d*) WESTFELD. Abhandl. 7.

(*e*) P. 121.

§. 47.

Mica, Silices (*a*), Argillam (*b*), nec non Cupri ac Ferri mineras comitatur. Lapis hic plerumque subdialis Granati ac Basaltis individuus comes, Molybdæna cruda,

da, vel ustulata dat Plumbum scriptorium,
indeque apyra Zelensia vasā parantur.

- (a) ALBIN. *Meynisch. Bergchronik.* Tit. I.
p. 153.
- (b) SCHULTZER *Versüche von Harzischen
Erdarten* §. 8.

§. 48.

Genus V. *Amianthus.*

T

DIAGNOSIS. Textura filamentosa huic essentialis, Amiantum, & Asbestum in unum genus naturale conjungit (a).

SPECIES I. A. *Flexilis.*

Varietates a) A. *Linum.*

DIOSCORID. L. 5. C. 106. PLIN. l. c. L. 19.

C. l. PAUSAN. L. 1. AGRICOLA l. c.

WALLER. Sp. 145. LINN. p. 55. n. 1.

LEHMANN. *Mineralog.* §. 62. a.

Filamenta parallelā, alba aut grisea, in fila facile contorquenda.

b) A. *Aluta.*

WALLER. Sp. 146. LINN. p. 57. n. 9. LEHMANN. l. c. b. GRONOV. *Supel.* p. 13.

Asb. 2.

Fila albicantia, parallelā, & decussata.

c) A. *Caro.*

WALLER. Sp. 147. LEHMANN. l. c. GROCV. l. c.

Fila.

Filamenta rudiora, magis intricata, nec adeo flexilia, ac in a) & b).

(a) Vocabula Amianti & Asbesti pro meritis synonymis VOGEL. p. 168. §. 3. etiam veteres habuerunt AGRICOLA *de Fossil.* L. 5. & cum unus ab alio sola differat directione fibrarum BERTRAND *Essay sur les Montagn.* C. 15. p. 238. *Diction. des Fossil.* 1. p. 22. sic unicum genus ex utroque statui absque omni errore potest. LEDERMÜLLER *Microscop. Beobacht.* p. 8. 9. LEHMANN *von Amiant.* LINN. 1. c. p. 57.

§. 49.

2. *A. rigidus.*

Varietates a) vitreus.

LINN. p. 55. n. 3. VOGEL. p. 171.

Constat fibris longis, parallelis, lucidis, glaucis, cohærentibus.

b) *Suber.*

WALLER. Sp. 148. EROMEL. *Mineralog. Svec.* c. 4. §. 3? *huc referendus & Asbestus Lithomorphus. Einleitung.* p. 15. d.

Qui ex Comitatu Tyrolensi ad me venit, fuscus est, lignoque simillimus. Filamentis interiacet Mica, & ochra Ferri pyrite mixta.

c) *Acerosus.*

WAL-

WALLER Sp. 154. LEHMANN, l. c. §. 62. VO-
GEL. p. 171.

Albicans & taetu pinguis.

d) *Immaturus.*

WALLER. Sp. 150. LINN. p. 55. n. 4. VOGEL.
l. c.

Solidus & fuscus.

§. 50.

AANALYSIS. Amiantus Linum nullo igne li-
quatur, & destillando dat liquorem aque-
um nec cum alcalinis, nec cum acidis effer-
vescentem. Amiantus a LEHMANNO (a) ex-
aminatus fuit terra argillosa acido vitrioli-
co & particulis martialibus intime unita.
Terram ferriferam demonstrat & scoria vi-
rens, quam lapis hic in foco speculi post
se relinquit (b). Acidum Vitrioli extra-
hit ex Amianto subere terram aluminosam,
& cum ea constituit crystallos plurimas, exi-
guas, in tetragonam pyramidem utrinque
extensas.

(a) *Chym. Schrift.* I. p. 43.

(b) HAMEURG. MAGAZIN. Tom. V. p. 278.
DRESDISCH. MAGAZIN. Tom. I. p. 485.

§. 51.



§. 51.

Vetus etiam ex Lino fossili thryallides & linteal parare noverant (*a*), nec alius ejus usus hucusque detectus fuit. In metallurgicis hanc unam adfert utilitatem, quod Ferrum latens indicet, ut Mica, quam sociam habet ubique fidam.

(*a*) DIOSCORID. L. 5. c. 156. AGRICOLA *de Fossil.* L. 5. STEPHAN. *de Urb.* sub verbo *Brachmanes.*

§. 52.

C. Silicea.

Duritie reliquos lapides superant, pulcherrimam polituram admittunt, in igne nec fatiscunt, nec indurantur, & cum alkali fixo in vitrum abeunt.

*Genus VI. GEMMA. (*a*)*

DIAGNOSIS. Duritie & aestimatione omnibus antecellit (*b*).

SPECIES I. G. Adamas.

WALLER. *Sp.* 115. LINN. *p.* 102. n. 6. a.
CRONSTEDT. *§. 42.*

Gemma durissima, pretiosissima, proprio polli-

polline polienda (*c*), Mastichen attrahit (*d*), determinata figura caret (*e*), & absque matrice (*f*) reperitur.

- (a) SALMAS ad SOLIN. p. 95. WOLTERDORF.
Cl. II. O. I. A. LEHMANN. §. 56. I.
JUSTI. §. 373.
- (b) De pretio Gemmarum, easque elabo-
randi methodo. V. HAMBURG. MAGAZIN.
Tom. XX. p. 244. 260.
- (c) AGRICOLA *de Nat. Fossil.* L. I. p. 572.
- (d) BOOT *de Gem.* L. 2. c. I. DE LAET. *de
Gem.* L. I. c. I. BERTRAND. *Diction.
des Fossil.* p. 193.
- (e) DE LAET. I. c. ARGENWILL. I. c. P. II. p.
157. & TAVERNIER *Voyag.* *Tom. II.*
p. 372. sed naturalem eius figuram esse
crystalli aluminosæ affirmat LINN. I. c.
p. 103. V. PANNONII *Diss. de Adam.*
1757.
- (f) ACT. ANGLIC. 1666. p. 38. DRESDISCH.
MAGAZIN. *Tom. I.* p. 561.

§. 53.

2. G. *Rubinus.*

WALLER. Sp. 116. CRONSTEDT. §. 43. LINN.
I. c. β VOGEL. p. 143. §. 31.

Mollior priore, colore rubro in igne per-
sistente (*a*). Figura ejus modo rotundata,
modo ovalis, modo vero angulosa est (*b*).

3. G. *Sappirus.*

WAL-

WALLER. *Sp.* 117. WOLTERDORF. I. c. *Sp.* 10.
JUSTI. §. 378. VOGEL. p. 146. §. 35.

Gemma cærulea; colore in igne evanescen-
te. Estne hic Cyanus veterum? (*c*).

- (a) HAMBURG. MAGAZIN. T. XVIII. p. 166.
- (b) DE LAET. I. c. c. 3.
- (c) Sic ait SALMASIUS *Exercit.* p. 142. BO-
OT. I. c. I. 2. c. 42. KENTMANN. *Fos-
sil. Misn.* Tit. IX.

§. 54.

4. G. *Topasius.*

WALLER. *Sp.* 118. CRONSTEDT. §. 45. LINN.
p. 94. n. 2. a. VOGEL. p. 141. §. 29.

Color Topasii flavus degenerans in viri-
dem constituit Chrysoprasium, Chrysoli-
thum, Chrysolampim, Chrysopsm & Chry-
soberyllum antiquorum (*a*). Topasius o-
rientalis colorem suum in igne non amittit,
Braſilicus in aliud mutat, occidentalis ve-
ro omnino perdit, ut Saxonius (*b*), qui
tetragonam obtusamque columnam consti-
tuit (*c*).

5. G. *Smaragdus.*

WALLER *Sp.* 119. LINN. I. c. δ. WOLTER-
DORF I. c. *Sp.* 10. VOGEL. p. 145. §.
33.

Sma-

Smaragdus noster est veterum Topasius (*d*). Colorem eius in igne persistentem WALERIUS appellat, cum tamen nonnulli in igne valido eum amittant (*e*).

- (a) PLIN. *Hist. Nat.* 1. 2. c. 9. AGRICOLA *de Fossil.* 1. 6. BOOT. l. c. c. 62.
- (b) BERLIN. *Magazin.* Tom. I. p. 289. HIST. DE L' ACAD. DE BERLIN. Tom. III. p. 49. POTT. *Lithogeog.* p. 114.
- (c) EPHEM. NAT. CUR. Vol. IV. Obs. 82.
- (d) BOOT. l. c. RUEUS *de Gem.* 1. 2. c. 4.
- (e) HAMBURG. MAGAZIN. Tom. XVIII. p. 178. 180.

§. 55.

ANALYSIS. Gemmas, ut & cæteras crystallos, fluidum aqueum (*a*), ex terra pura, tenuissima, salino juncta (*b*) produxit. Earum color est a volatili substantia introducta a metallo; sic & Rubinus artificialis ex vitro & purpura minerali, (*c*) vel Auripigmento, Arsenico, Antimonio & Sale ammoniaco (*d*), vel e Ferro ex aqua regia solutione Stanni præcipitato (*e*); sic Sapphirus ex vitro & Cobalto (*f*), aut Ferro & Cupro (*g*); sic Topasius ex vitro & Ferro ex acido Nitri præcipitato (*h*); sic denique Smaragdus ex vitro & viride Æris (*i*), vel calce Cupri & Ferri simul unitis (*k*). Crystalli hæ constant lamellis tenuissimis (*l*) a mutuo

mutuo n^exu igne valido denuo divellendis
(m).

- (a) BOYLE *de orig. Gem.* p. 2. FALLOP. *de Fossil.* c. 7. RUEUS *de Gem.* l. 1. c. 1.
- (b) HAMBURG. MAGAZIN. *Tom. I. P. I.* p. 389.
& *Tom. V.* p. 422.
- (c) SPIELMANN *Inst. Chym. Exp.* 124. NEUES HAMBURG. MAGAZIN. *Tom. II.* p. 444.
468.
- (d) POTT *de Auripigm.* §. 12.
- (e) NEÜMANN *Præl. Chym.* P. I. c. 6. p. 139.
- (f) STHAL. *Fund. Chym.* P. II. S. III. c. 3.
- (g) HAMBURG. MAGAZIN. l. c.
- (h) STHAL. l. c.
- (i) SPIELMANN. l. c.
- (k) STHAL. l. c. plura hac desuper vid. apud NERII & KUNKEL. *Art. Vitriar.* KIRKER. *Mund. subterrani.* l. 12. c. 4. *Prop. I. — II.* BOYLE *Exp., & Considerat. Exp. 48.* M. HOFFMANN. *Laborat. Chym. Proc.* 175.
- (l) BOYLE *de Orig. Gem.* p. 7. WALCH. *Steinreich.* P. II. c. 1. p. 48.
- (m) HIST. DE L' ACADEM. DE BERLIN. *Tom. III.* p. 49.

§. 56.

usus. **G**emmæ nobilium digitos ornant,
opes ostentant, vanitatis inventa pretiosa.
Heu prodigiosa ingenia! quot modis auximus
pretia rerum (a)!

- (a) PLIN. *Hist. Nat.* l. 33. c. 2.

§. 57.

§. 57.

Genus VII. CRYSTALLUS.

DIAGNOSIS. *Lapis siliceus vulgaris, Gemma* (§. 32.) *mollier, subdialis, pellucidus.*

Tessera hexagona (a) plus minus pris-
matica, utrinque acuminata (b).

SPECIES I. *C. Pseudoadamas.*

GESN. *de fig. Lapid.* p. 18. *fig. 2.* SCHEUCH-
ZER. *It. Alp.* Tom. I. *It.* 1. p. 6. *Tab.*
I. *fig. 2.* TORRUB. *Hist. nat. Hispaniae.*
Tom. II. *Lam.* 13. *fig. 9.* MUS. FRIDE-
RIC. REG. p. 1. *Sect. 3.* n. 45. WALLER.
Sp. 109. 2. BERTRAND. *Diction.*
des Fossil. p. 179.

Crystallos hasce absque omni prisme,
quas WALLERIUS & BERTRANDUS adducunt,
ego nondum vidi.

2. *C. Montana.*

Minore puritate, ac stupenda saepe magni-
tudine (c) differt a priore.

(a) COMMENT. BONON. Tom. I. p. 315.

(b) MERCAT. *Metalloth. Arm.* X. p. 337.

(c) HALLER *Gedichte. Die Alpen.* p. 23.

§. 58.

PANALYSIS. *Pseudoadamas montis Slivenzæ Ducatus Carnioliae*, in igne subluteum color rem induit, ac in acido Nitri parte aliqua solvitur. Solutio hæc post tres hebdomadas mucosum sedimentum, viscidosque floccos innatantes oculis exhibuit. Terra, quæ crystallos hasce foveat, argillosa, martialis, micacea, ac sabulosa plerumque est. Easdem in & ex fluido natas, inclusa demonstrant (a), &, cum aqua in aere valde frigido constituat crystallos hexagonas (b), quæstio est; an non similis terrearum crystallorum figura, a singulari hac aquæ proprietate dependeat?

- (a) VELSCH. *Hecatost.* I. p. 35. ALBIN. I. c. Tit. 18. p. 142. SCHEÜCHZER. I. c. Tom. II. It. IV. p. 236. 248. 251. Tab. 7. ARGENWILL. I. c. P. II. p. 105. Tab. 3. fig. 5.
- (b) PHILOS. TRANSACT. 1756. p. 644. KUNDMANN. *Rar. Nat. & Art.* Tab. 15. MUSCHENBRÖK. *Anleitung.* Tab. 24. SCHEUCHZER. *Herb. Diluvian.* p. 42. Tab. 8. fig. 4. SCHWED. ABHANDL. Tom. XXIII. Tab. I. fig. 2 — 3. 14. 19. 24. 61.

§. 59.

USUS. **P**uriore crystallo utuntur qui gemmas

mas non habent. Quem in finem hæc ubique figurata , nec lapidi adnata fossilia exposuisse putas rerum naturam ? An montes, quos habitant , erant olim oceani fundus argillosus , qui crystallos hasce in liquido natas excepit ? An argillosa ac fabulosa terra , cui inhærent , confirmat metamorphosim fabuli in Argillam a BUFFONIO proposi- tam ? Inferiora loca montium Ostrogothiæ argillosa, latera vero fabulosa videntur & LINNÆUS (a).

(a) *Reise.* Tom. I. p. 12.

§. 60.

Genus VIII. QUARZUM.

DIAGNOSIS. Differentiam a crystallo suppeditant loca natalia in sinu terræ , & tessera minime libera , sed basi , aut latere lapi- deæ matrici , aut sociæ adhærens. A Sili- ce distinguitur fragmentis irregularibus (a).

(a) SCHWED. *Abhandl.* Tom. I. Diff. 4. BER- TRAND. *Essay sur les Montagn.* c. 16. p. 228.

§. 61.

SPECIES I. Q. figuratum.

GESN. *de Lapid.* Tit. g. p. 46. BRÜKMANN.
D 2 Ma-

Magnal. Tom. I. p. 158. Tab. 3. fig. 3. WOLFART. *Hist. Nat. Hass.* p. 21. Tab. 1. fig. 1. TORRUB. l. c. Tit. I. Lam. 13. fig. 7. RICHTER. *Mus.* p. 2. S. 5. c. 2. ARGENWILL. l. c. p. 2. p. 164. Tab. 3. fig. 1. 2. & Tab. 4. fig. 3. WALLER. *Sp.* 107.

Columna elongata, alterna plana angustiora plerumque possidet (*a*), & tunc pyramis trigona est.

2. Q. *Amorphum.*

Varietates, a) *pellucidum.*

WALLER. *Sp.* 102. SCHWED. ABHANDL. Tom. I. p. 175. LINN. p. 65. n. I. CRONSTEDT. §. 51. I. WOLTERSDORF. cl. 2. ord. I. c. *Sp.* I. 2. CARTHEUSER. p. 20.

Solidius, puriores Crystallos effert.

b) *Opacum.*

SCHWED. ABHANDL. l. c. WOLTERSDORF. l. c. BERTRAND. l. c.

Impurius priore.

§. 62.

ANALYSIS. Quarzum non raro salinum quid (*a*), & Calcem (*b*) suo sinu fovet. Similem lapidem ex vitro cum alcali fuso, dein in

in urina soluto, obtinuit LEHMANNUS (c). Centenarius Quarzi puri crystallisati Schemnizensis amisit in acido Nitri libras viginti quatuor, indeque cum Sale Tartari præcipitatum fuscum obtinui. Quarzum lacteum Cremnicense in igne coit in massam friabilem, & colorem suum non mutat.

- (a) Alcalinæ indolis. HIAERNE. *Tent. IV. de Sale volat. Regni mineral.* p. 100.
- (b) WESTFELD. *Abhandl. III.*
- (c) *Von Metallmüttern.* 3. Abtheil. p. 123.

§. 63.

usus. Nobilia metalla Quarzo sæpius inhærent (a). Idem non facile in igne fluit, sed cum corpora omnia igneas particulas in ratione reciproca eorumdem specificæ densitatis, plus minus excipient, ac retineant (b), ita in liquationibus earum minerarum, quæ fortiorēm ignem exigunt, utiliter adhibetur (c). Id ipsum cum alcali fixo solidius vitrum, ac aliæ siliceæ terræ, suppeditat (d).

- (a) RÖSLER. *Bergbau-Spiegel.* l. 1. c. 33. §. 4. HENCKEL *Pyritolog.* c. 13. p. 661. hinc venæ auriferæ canalis a PLINIO dicitur. *Hist. Nat.* l. 33. c. 4.
- (b) MUSCHENBRÖCK. *Elem. Phys.* §. 573. GRAVESAND *Elem. Phys. Math.* Tom. II. n. 2400. BOERHAV. *Elem. Chym.* Tom. I.

de Igne. SCHWED. ABHANDL. Tom. XIV.
p. 253.

(c) WALLER. *Elem. Metallurg.* P. II. c. 5.
§. 8. n. 3.

§. 64.

Genus IX. SILEX.

DIAGNOSIS. **L**apis subdialis, rupes constituen-
ens, amorphus, polituram admittens (*a*);
fragmentis subitus concavis, superne con-
vexis (*b*).

SPECIES I. S. *Jaspis.*

WALLER. p. 128. B. WOLTERSDORF. l. c. E.
Sp. 4. VOGEL. p. 155. §. 8.

Opacus, isque unicolor (*c*), aut multico-
lor (*d*), ut Marmor (§. 25. 2.) Sino-
pel Hungariæ non est Jaspis, ut demon-
stravi in ANNO V. HIST. NAT.

- (a) De politura lapidum vid. BERLIN. MAGAZIN. Tom. III. p. 225.
- (b) WALLER. §. 47. 3. LINN. p. 67.
- (c) Hic est Jaspis CRONSTEDTL. §. 64.
- (d) Achates. EJUSD. §. 60.

§. 65.

2. S. *Achates* (*a*).

In eo differt a priore, quod magis minusve pellucidus sit.

Varietates, a) Chalcedonius.

WALLER Sp. 85. LINN. p. 69. n. 8. CRONSTEDT. §. 57.

Semidiaphanus, obnubilatus, albidus, aut laetio fere colore tinctus; olim Onyx erat (a).

b) Corneus.

LINN. p. 70. n. 11. CRONSTEDT. §. 62.
WOLTERSDORF. l. c. Sp. 5.

Pyromaehus quoque dictus, Calce saepius involutus.

c) Carneolus.

WALLER. Sp. 84. LINN. l. c. n. 9. WOLTERSDORF. l. c. Sp. 1.

Huic color ruber est, idemque fusco aut flavicante non raro inquinatus (b).

d) Beryllus.

LINN. p. 85. n. 3. VOGEL. p. 146. §. 36.

Lapis pellucidus, viridi-marino colore praeditus (c).

(a) GESN. de Gem. Tit. 9. BOOT. l. c. l. 2. c. 87.

(b) CRONSTEDT. §. 58. 2.

(c) PLIN. l. c. l. 37. c. 5. glauci sunt Berylli, & virides sicut purum mare. de Laet. l. c. l. 1. c. 10.



§. 66.

e) *Amethystus.*

WALLER Sp. 121. LINN. p. 85. n. 3. δ. CRONSTEDT. §. 52. I. -- 3. VOGEL. p. 142. §. 30.

Colorem habet violaceum (*a*), aut vini pallide rubri (*b*).

f) *Opalus.*

LINN. p. 68. n. 6.

Colores in alio situ mutat, ut *Papilio Iris*.

Pæderos a GESNERO vocatur, et si nomen hoc rubrum colorem indicet (*c*), & aliis quoque lapidibus a veteribus fuerit inpositum (*d*).

g) *Onyx.*

CRONSTEDT. §. 56.

Constat circulis concentricis, oculum haud raro referentibus (*e*).

h) *Gemma Stephani.*

VOGEL. p. 132. §. 16.

Hic albus, rubroque punctatus, hinc diversus ab antiquorum Sarda, cui carneus color erat (*f*).

(a) PLIN. l. c. 1. 27. c. 9.

(b) Sic erat & veterum Pramnion. de Laet. l. c. 1. 1. c. 20. SALMAS. Exercit. pag. 261.

(c) AGRICOLA de Fossil. l. 6. Op. p. 623.

(d)

- (d) SALMAS l. c. p. 808.
- (e) HAMBURG. MAGAZIN. Tom. III. p. 645.
- (f) THEOPHRAST. *de Lapid.* de Laet, l. c. l. I. c. 6. RUEUS *de Gem.* l. 4. c. 16. BOOT l. c. l. I. c. 81. GESNER *de Gem.* Tit. 9. EPIPHAN. *de Gem.* XIV.

§. 67.

ANALYSIS. Resolutio Silicis in gelatinosum liquorem (a), Calx eum involvens (b), ac Petrefacta in eodem vifa (c), probabilem reddunt eorum coniecturam, natum esse ab indurato glutine vermium marinorum (d). Ipse met *Cremnizium* inter & S. Crucem inveni lapidem corneum ex variis stratis compositum & evidenter Coralliorum ramenta foventem.

- (a) BECHER. *Phys. subterrani.* L. I. Sect. 3. C. 2.
- (b) PONTOPPIDAN. *Dänisch. Atlas* P. I. p. 284. 285.
- (c) BERTRAND. *Diction des Fossil.* p. 269.
- (d) NEÜE ERZÄHLÜNGEN. Tom. II. 6. Stük.

§. 68.

Ausus. Ars lapidibus hisce varia incidenti antiquissima est (a); nec vitriariam veteribus ignotam fuisse, historia docet (b).

- (a) V. KLOTZII *Dissert. von alten geschnittenen Steinen* p. 16. 17.
- (b)

(b) Natam fuisse jam ante bis mille Sæcula HIST. DE L. ACAD. ROY. D' INSCRIPTION. Tom. I. p. 109. Quidam inventum hoc DEMOCRITO tribuunt, SENeca. Epist. 90. alii vero illi ævo, in quo turris Babel. exstructa fuit PERRIN. Memoir. de Trev. 1733. Oct. Vitri mentionem etiam facit ARISTOPHAN. Nub. v. 762. vid. hac. desuper MATHES. Predig. 15. p. 265. HAMBURG MAGAZIN. Tom. XVIII. p. 478. & COMMENT. GÖTTING Tom. IV. p. 57. & 127.

§. 69.

Genus X. COS.

DIAGNOSIS. Arena aut ramenta Quarzi (a)
aliis terris conglutinata (b).

SPECIES I. C. *Arenarius.*

Varietates a), coticularis.

DISCORID. L. 5. C. 168. COS. WALLER,
Sp. 73. LINN. p. 61. n. 16.

Compages ex granis minimis, impalpabilibus.

b) *Quadrum.*

LINN. I. C. n. 2. CRONSTEDT. §. 276. I.

Cæmento. argilloso,

c) *Filtrum.*

VALENTIN. *Mus Mus* Tom. I. p. 61. WALTER Sp. 47. LINN. p. 63. n. 10. WOLTERSDORF. Bl. II. O. 1. G. D. Sp. 4.

Aquam transmittit.

d) *molaris.*

LINN. p. 64. n. 15. WOLTERSDORF. l. c. Sp. 2.

Constat granis majoribus, inæqualibus.

(a) IMPERAT. *Hist. Nat.* L. 1. C. 10.

(b) BERTRAND. *Diction. des Fossill.* 1. p. 250.

(c) CRONSTEDT. l. c.

§. 70.

ANALYSIS. *Arenam Neptuni filiam*, una cum Petrefactis ubique dispersam (a) auxit fatiscens Arenarius, aliaque a fontibus, vulcanis, ac terræ motibus ex imo Telluris educta. Eadem in Argillam resoluta semetipsam ferruminavit, ut habitacula testaceorum, quæ sic in solidum coacta lapidem ad littora maris ejecta sæpius occurunt. (b).

(a) *Amathæ Arabie oppidum ab Arena a mari rubro, quæ maximam Arabicæ partem inundavit, ibidem deposita.*
STEPH. *de urb.* p. 69.

(b) LINN. *Reise nach Gotländ.* p. 191.

§. 71.



§. 71.

Horus utilitas ex datis nominibus clare patet. Coticularis in stratis habitat vix unquam sine Argilla, eademque est Quadri sedes, ut ejus fissuræ docent. Arena cum Calce extinta induratur in saxum, hinc princeps ejus usus ad ædificia.

§. 72.

ORDO SECUNDUS.

Terræ impuræ.

Quæ mediocri gradu ignis, absque ullo additamento, in rudem massam diffluunt (a).

Genus XI. ZEOLITES (b).

Cum acidis non effervescit.
In igne facile fluit, & intumescit (c).

(a) *Lapides alii calcinabiles, alii fusioni resistentes, alii fusiles* IMPERAT. I. c. L. 22. C. 2.

(b) Stalactitis speciem facit Ill. a LINNE. p. 185. n. 12.

(c) SCHWED. ABHANDL. Tom. XVIII. p. III.

§. 73.

§. 73.

SPECIES I. *Z. spathiformis.*

CRONSTEDT. §. II.

Huc pertinet juxta RINMANNI (*a*) experimēta, rarissimus Turmalinus, quem ÆPINUS (*b*) apyrum, Adamantis adinstar, appellavit.

2. *Z. Crystallisatus.*

CRONSTEDT. §. III.

(a) HAMBURG MAGAZIN. Tom. XXVIII, p. 46.

(b) Sur la Tourmalin. p. 118.

§. 74.

ANALYSIS. **Q**uod lapis hic in igne facile fluat & intumescat, videtur hoc potissimum a terra alcalina acido quodam saturata pendere, nam & Silices nonnulli, cum Sale comuni, Alumine, ac Sale mirabili, in igne diffuunt in scoriam tumidam, & Gypsum Glacies cum triplo Salis communis similiter in igne fluit, & in superficie fluoris ostendit corpuscula ad aliquot lineas elevata. Coniecturam hanc confirmat spatosa ejusdem textura, & communis habitatio cum Spato fluxili (§. 36.) (*a*).

(a) LINN. I. c.

§. 75.



§. 75.

Tusus, Turmalinus calefactus attrahit cineres, calces metallicas, terras &c. An solus hic lapis electricus? Bohemiam, Hungariam, Transsylvaniae &c. carere Zeolite quis dixerit? Austriacarum Provinciarum historia naturalis vix inchoata fuit, ut ideo plurima ignorare nos oporteat, quæ venturi ævi diligentia in lucem extrahet.

§. 76.

Genus XII. LAZULUS

DIAGNOSIS. Color cœruleus.

Textura solida, polituram admittens, in igne fluens in massam firmam, minime intumescentem.

Hoc caractere, nec non partibus constitutivis differt a Zeolite, cum quo a CRONSTEDTO (a) conjunctus fuit.

WALLER. *sp.* 96. LINN. p. 145. n. 12. JUSTI. §. 298. WOLTERSDORF. cl. VI. G. C. *sp.* 9. VOGEL. p. 182. §. 7.

Pyritem & Spatum fovet.

(a) §. 109.

§. 77.

§. 77.

LANNALYSIS. Lazulus, juxta MARGGRAFIUM (*a*) constat terra silicea, calcaria, selenitica, & patriculis martialibus. Aurum, & Argentum, si quod forte foveat, non essentia-
lia, sed accidentalia ejusdem principia. Esse Cuprum calciforme quorumdam opi-
nio est, sed fallax omnino, cum spiritum
Salis ammoniaci cæruleo colore minime
tingat. Quid ergo illud est, quod cæru-
leum huic lapidi colorem tribuit? An
Ferrum? sed in igne persistit immutatus;
an Argentum? sed quis colorem hunc ex
hoc metallo elicuit.

(a) HIST. DE L' ACAD. DE BERLIN. Tom.
XIV. p. 10.

§. 78.

PUSUS. Pretiosus color Ultramarinus (*a*) est cærulea pars Lazuli, ab aliis accuratissime separata, cui congruum additamentum nitorem debitum conciliavit (*b*).

(a) Estne hic Κυανός veterum, vel cærus-
leumpigmetum, quod ab Ægypti Re-
ge primum artefactum fuisse autor.
THEOPHRASTUS est SALMAS Exercit.
p. 142. CHARLETON. Fossil. p. 260. ?

(b) SPIELMANN Inst. Chym. §. 43.

§. 79.



§. 79.

Genus XIII. MARGA.

DIAGNOSIS. Terra inpura, cum acidis effervescentibus.

SPECIES I. *M. rustica.*

WALLER. *Sp. 30.* LINN. p. 204. n. 17. LEHMANN. §. 16. JUSTI. §. 458. VOGEL. p. 53. §. 1. — 3. WESTFELD. *Abhandl.* 9.

Friablis, in aqua dilabitur, petrefacta saepe fovet, non procul a Calce degit.

2. *M. Porcellana.*

LINN. p. 200. n. 3. CRONSTEDT. §. 78. BERTRAND. *Diction. des Fossil.* II. p. 9. ARGENWILL. *Oryctol.* P. II. Art. I. p. 123. VOGEL. p. 33. §. 12. 13.

Habitu ad ignem variant; quædam enim eidem magis, aliæ minus resistunt.

3. *M. medulla Saxorum.*

CÆSALPIN. *de Metall.* L. I. C. 9. MERCAT. I. c. *Arm.* I. C. 19. WALLER. *Sp.* 13. CRONSTEDT §. 84. RITTER *de Alabastr.* §. 8. n. 3.

Tactu mollis, ut sapo, dat vitrum album.
Terra Lemnia veterum habetur etiam pro Lithomarga colorata.

§. 80.

§. 80.

MARGA constat Calce & Argilla, cui & sabulum quandoque immixtum est, hinc qui eam terram reddere cupiunt fertiliorem, scire debent, qualis terra prævaleat, quænam heterogenea in ea lateant, & quid sterilem glebam faciat; hæc enim non Marga tantum, sed & sola Calce (*a*) & Argilla (*b*) sanatur. Porcellana artefaeta (*c*), naturalis principia demonstrat, ea que in primis, que fit ex Argilla, terrisque calcariis.

(*a*) AGRICOLA *de Fossil.* L. 2. p. 579.

(*b*) BROMEL *Mineralog. Svec.* C. 5. §. I. DU HAMEL. *Cultur des Terres Tom. III. c. I. §. 6.* MILLS *Pract Feldwirth. I. Band. I. — 3. Abschnit.*

§. 81.

MUSUS. Margas, loco fimi, usos fuisse veteres, testantur scripta PLINII, COLUMELLÆ, aliorumque. Notissima vasa procellanea, quæ Antiquorum murrhina fuisse quidam opinantur: Inter hæc Chinensia præstantiora, hisque valde similia Saxonica.

§. 82.

Genus XIV. BOLUS.

DIAGNOSIS. **A**rgilla martialis, colorata, diffluens in scoriam nigricantem, cum acidis non effervesces.

SPECIES I. B. *Limus.*

WALLER. Sp. 17. 18. 23. LINN p. 202. n. 9.

13. VOGEL. p. 28. §. 5. & p. 30. §. 9.

CRONSTEDT. §. 85.

Color huic flavus, ruber, nigricans, glaucus. Et huic sabulum s̄epius immixtum est (a).

2. B. *Schistus.*

VOGEL. p. 148.

Est Limus induratus, lamellatum fissilis, Huino quandoque mixtus, indeque nigro colore tinctus.

(a) POTT. *Lithonogeog. 3. Abhandl.*

§. 83.

ANALYSIS. Bolum esse terram argillofam demonstrat terra Aluminis, ab acido Vitrioli inde extrahenda, induratio ejus in igne, & proprietas aquam avide attrahendi Limo tantum, nec omni Schisto propria. Schistus calcarius aut margaceus cum acidis effervesces ab hoc genere removendus.

§. 84.

§. 84.

Tusus. Terræ figulinæ plerumque bolares, in igne chemico facile confluunt absque immixto sabulo, Molybdena, aliisque a pyris corporibus. Bolo cruda, aut semiuista, mixta polline carbonum præparatur catinus & focus fornacum in quibus mineraliæ liquari solent (a).

(a) Etiam priscis temporibus AGRICOLA
de re Metallic. L. 9.

§. 85.

Genus. XV. BASALTES.

DIAGNOSIS. Lapis polymorphus, coloratus, in scoriam atram diffluens (a), nec violaceo colore, ut Magnesia, vitrum tingens.

(a) POTT. *Lithoneogeog. NEÜE ERZÄHLUNGEN*
Ton. I. 12. Stuk.

§. 86.

SPECIES. I. *Granatus.*

WALLER. Sp. 122. LINN. p. 96. n. 5.
CRONSTEDT. §. 69. 71. VOGEL. p.
144. §. 52.

Crystallus ad chalybem scintillans, sub-
E 2 rotun-

rotunda; planis 12. — 36. matrice plerumque micacea (a), rarius filicea.

2. B. *prismaticus.*

WALLER. Sp. 144. LINN. p. 95. n. 3.

CRONSTEDT. §. 71. HAMBURG. MAGAZIN. Tom. XII. p. 293. BAUMER.

Mineral. 1. p. 220. VOGEL. p. 179.

Hic montes quoque constituens (b), nigro, viridi, alioque colore tinctus occurrit.

3. B. *striatus.*

HAMBURG. MAGAZIN. Tom. XV. p. 410.

CRONSTEDT. §. 74.

Striae plurimæ in uno centro sæpe converniunt, color huic viridis & niger, habitatio cum mineris.

4. *micaceus.*

Constat particulis exiguis, micaceis, lucidis, & Ferrum comitatur.

5. B. *spatofodus.*

CRONSTEDT. §. 73.

Ex rhombis confluentibus, irregularibus.

(a) SCHEUCHZER It. apl. Tom. I. It. 4. p. 262.

(b) EPHEM. NAT. CUR. Vol. X. Append.

§. 87.

ANALYSIS. Basaltes ex Bohemicis Stanni fodinis

dinis a LEHMANNO examinatus (a), constat silicea terra, martiali, & Stannum foveat. Ego in specie tertia, eaque nigra, inveni præter terram siliceam, ac martialem, etiam aliam metallicam irreducibilem, nec non alcalinam specificam, aluminosæ proximam (b). Eadem sunt principia Granatorum, ea differentia, quod majorem Ferri copiam secum ferant. Qualem Basaltē vidit VOLK-MANNUS (c) ex Stanno & Arsenico coagmentatum?

(a) Chym. Schrift. von Wolfram.

(b) ANN. HIST. NAT. II. p. 76.

(c) Siles. subterrān. P. II. c. 5. §. 2.

§. 88.

usus. Basaltes Stannum suo Ferro vitiatur, ni ab eo sedulo separetur (a). Granati nobiles gemmarum vices agunt. Ex B. columnari nigro, ut olim (b), ita nunc etiam Lapidē Lydii parantur.

(a) MATHESIUS. Predig. q. p. 139.

(b) PLIN. Hist. Nat. I. 36. c. 7. SVID. Lexic. Tom. I. p. 418. GESN. de fig. Lapid. p. 23. BOOT. de Lapid. & Gem. I. 2. c. 273. KIRKER. Mund. subterrān. I. 8. c. 6. p. 85.



§. 89.

Genus XVI. MAGNESIA.

DIAGNOSIS. Cum vitro fusa, ei violaceum colorem tribuit, quod nulla potest Basaltis species.

SPECIES. I. M. *Crystallisata.*

LINN. p. 121. n. 2. CRONSTEDT. §. 115.

— 117. WESTFELD. *Abhandl.* I. p. 2.

Variat figura cubica, squamosa, striata.

2. M. *Amorpha.*

LINN. p. 194. n. 9. CRONSTEDT. §. 114.

§. 90.

ANALYSIS. Ob Terram martialem lapidi huic copiose inhærentem, eum scriptores nonnulli (*a*) Ferri mineris adnumerarunt. Hæc ipsæ ferreæ particulæ Sal alcali fixum, cum quo Magnesia liquatur, viridi aut nigro colore tingunt. Præter Martem, inest etiam ei terra Aluminis (*b*), ac subinde exigua portio substantiæ inflammabilis. Ill. a LINNÉ nunc fossile hoc illis adnumerat, quæ Molybdænum, seu novum metalli genus largiuntur, sed veritates in scientia naturæ non conjecturis, sed observationibus & experimentis innixæ sunt.

(*a*)

- (a) WALLER. *Sp. 246.* WOLTERSDORF. *Cl. VI.*
G. D. Sp. II. COURTIVRON von Eisen-
 hammer. p. 77. BOMARE. p. 148.
 (b) POTT de *Sale communi.* p. 79.

§. 91.

usus. **M**agnesia apta dosi adhibita vitrum depurat, eaque Figuli utuntur, ut Lithargyio vitrificato fuscum colorem tribuant.

Terris impuris adnumeravi in *Introduc-*
tione (a) Pumicem, Cementum, & Matrices Metallorum, quæ Genera hic omittun-
 tur utpote spuria, nec regni lapidei civi-
 bus adnumeranda, cum Pumex (b) & Ce-
 mentum sint scoriæ Vulcanorum (c), Ma-
 trices vero metallorum, una cum farragine
 saxorum compositorum, sint corpora aggre-
 gata ex terris descriptis, hinc generibus
 naturalibus, ut alia hybrida regni anima-
 lis & vegetabilis, haudquam adjungen-
 da.

- (a) *P. 25. 27. 28.*
 (b) Pumex veterum non noster erat. EN-
 CELL. *de R. Metall.* l. 2. c. 10. KIRKER.
 l. c. p. 37. Vide & OVID. *Amor.* l. 3.
 El. 1. v. 3. LUCAN. l. 10. v. 74. SIL.
Pum. l. 3. v. 543.
 (c) MERCAT. l. c. *Arm.* VIII. c. 7. HAM-
 BURG. MAGAZIN. *Tom. XX.* p. 247. etsi
 dispersus ab aquis alibi etiam inventus
 sit. BERINGER. *Mansfeld. Bergwerck.*
 p. 167.



§. 92.

CLASSIS SECUNDA.

Mineræ.

Corpore composita, *Salina sapida*, *Bituminosa inflammabilia*, *Metallica regulina ponderosiora* Naturæ miracula.

ORDO PRIMUS.

Salia.

Mineræ in aqua solubiles, sapidæ (a), cum metallo haud sociabiles in statu sicco. Harum ordines diversi a mineralogis introducti, & quidem ex sapore divisa Salia in amara, stiptica, acria, urentia; ex habitu ad ignem in fixa, volatilia, liquabilia; ex principiis autem constitutivis, in acida, alcalina, media. Ego paulo aliter, & quidem in Acida & Alcalina divido.

(a) BOYLE Append. ad Chym. Scept. P. I.
p. 2.

§. 93.

A. Salia acida.

Ge.

Genus XVII. VITRIOLUM.

DIAGNOSIS. Fluit in igne, dein mutatur in calcem griseam, flavam, rubram.

Quælibet species propriam crystalli figuram habet (a).

(a) BACKER. *Gebrauch des Microscops.* P. I.
c. II, Tab. 2.

§. 94.

SPECIES I. V. Ferri.

WALLER. Sp. 174. LINN. p. 104. n. I. LEHMANN. §. 41. GRONOV. Sup. 18. WOLTERSDORF. Cl. III. O. 1. G. B. Sp. 2.

Viride, cum vegetabili stiptico constituens atramentum (a); crystallo polyedra, aut aluminosa (b).

2. V. Cupri.

WALLER. Sp. 173. LINN. l. c. n. 2. WOLTERSDORF. l. c. Sp. 1. VOGEL. p. 266. β.

Cæruleum; crystallo decaedra (c).

3. V. Zinci.

WALLER. Sp. 175. LINN. l. c. n. 3. LEHMANN. l. c. p. 49. WOLTERSDORF. l. c. Sp. 3. VOGEL. p. 207. γ.

Album; crystallo prismatica, tetragonala,
utrinque acuminata (*d*).

- (a) HIAERNE. *Act. Chem. Stokholm.* Sect. 2.
c. 4. p. 163.
- (b) BACKER. l. c. *Fig. A. B.*
- (c) IDEM. l. c.
- (d) IDEM. l. c.

§. 95.

Vitriolum constat acido specifi-
co, & terra metallica. Acidum, univer-
sale dictum (*a*), inflammabilis substantiae
consortium in primis appetens, indeque mo-
dificatum per alia naturae regna diffundi-
tur, varia hic denuo producens salina, in-
flammabilia, fere insinata. Terra metallica
Ferri ex solutione Vitrioli affuso austero ni-
gra, alcali fixo flava, volatili cærulea (*b*)
se prodens, attrahitur a Magnete, postquam
debito modo ustulata fuit. Terram Cupri
ostendit solutioni impositum Ferrum, ejus-
que color viridis ab alcali fixo, vel cæru-
leus a volatili eidem immixto. Zincum de-
nique pandit Auricalchum quod ex Cupro
& terra hac cum alcali fixo ex solutione
præcipitata, ac carbonum pollini mixta pa-
ratum fuit (*c*). Hæc ipsa principia de-
monstrant hæc ipsa Salia artefacta ex acido
Vitrioli & metallis dictis.

(*a*)

(a) VOGEL. *Inst. Chym.* p. 15.

(b) HAMBURG. MAGAZIN. *Tom. XVI.* p. 322.
SPIELMANN. *Inst. Chym. Exp. III.*

(c) MARGGRAF. *Chym. Schrift.* 1. *Num.*
16. §. 13. 6.

§. 96.

Ut Vitriolum producatur, necesse est primo Pyritem in ea principia unde coaluit, nempe Sulphur & terram metallicam, dein & Sulphur in suas partes, nempe acidum & inflammabile denuo dissolvi. Ut hanc duplice analysim instituat natura opus est aere & aqua, unde modus intestinus, attritus, calor, indeque pendens dissolutio partium prius invicem cohærentium (a); Sic terra metallica igneo Sulphuris principio avolante animata, ab acido ejusdem diluto solvitur, Vitriolum producit, quod dissipato sensim humore in solidam salinam massam concrescit. Genesim hanc confirmant Pyrites nonnulli Vitriolum citius parentes ac alii, eorumdem incalefcentia dum satiscunt, calidior aer in iis locis fodinarum ubi Pyrites facile dilabitur, vitriolifatio in calido aere promptior, Vitrioli in fodinis generationem promovens ignis (b), id denique copiose prodiens ex residuo Pyritis a Sulphure expulso, & aeri libero ad tempus exposito.

(a)



- (a) HENCKEL. *Pyritolog.* c. 14. p. 777.
 (b) SCHLÜTTER von *Hüttenwerkl.* c. 107. §.
 4. CANCRINUS *Bergwerke.* l. c. §. 12. An-
 merkung, 5.

§. 97.

Raro tamen purum natura dat Vitriolum, ut ideo noviter solvi, filtrari & evaporari debeat, ut liber a sordibus habeatur. Reperitur in antiquis, derelictis, obstructis, locis fodinarum modo saxo inclusum, modo e cuniculis Stalactitis ad instar pendulum (a), modo ligneis ad natum fulcris, modo vero iis lapidum ramentis immixtum, quibus obstructæ sunt viæ subterraneæ. Color quoque eidem varius, ob heterogenea quæ secum plurima dicit, ex quo varia etiam, priscis quoque temporibus tam latina quam germanica nomina obtinuit.

- (a) LOEHNEIS *Bericht von Bergwerk.* P. V.
 p. 79.

§. 98.

Notissimum acidum, oleum Vitrioli dictum, ex hoc Sale igne valido expulsum (a), quod ex aere aquam attrahit, & cum ea repente commixtum fortiter incandescit. Vitriolo calcinato pars acida ex Nitro, & Muria expelli potest, nec alio modo Cremnitzii paratur Aqua fortis. Solutio diluta Vitrio-

Vitrioli Martis, Aurum ex aqua regia parte aliqua extrahit immutatum, ac id ipsum Platina vitiatum ostendit solutio Vitrioli cuprei. Eodem Sale utuntur artifices non pauci, ac illi in primis, qui cæruleum Bero linense conficiunt. Jure merito itaque Vitriolum e Pyritibus Sulphure exhaustis vel e minera Plumbi ustulata (*b*), diligenter nunc etiam educitur (*c*).

- (a) Vitrioli Goslariensis libræ centum dant olei libras decem. F. HOFFMANN. *Obs. Phys. Chym.* l. 3. *Obs. 7.*
- (b) RHOR. *Merkwürdigkeit. von Oberharz.* 7. *Abtheil. c. 2. §. 19.* 20.
- (c) Modum quo Vitriolum excoqui & parari solet, tradunt SCHLÜTTER. l. c. c. 134. — 141. CANCRINUS l. c. §. 63. 64.

§. 99.

Genus XVIII. ALUMEN.

DIAGNOSIS. Austerum, in igne intumescens, nec fluens.

Crystallus octogona, utrinque acuminate (*a*). *101*

- (a) STAHL. *Fund. Chym.* P. II. *Seet. 3. c. 5.* *Art. 14.* BACKER. l. c. *Tab. 3.* LINN. p. 101. *fig. 23.*

§. 100.



§. 100.

SPECIES I. A. *Terræ.*

Latet in Argillis nonnullis (*a*), in Schisto (*b*), in ligno petrefacto (*c*). Lapis ille, ex quo Romani Alumen excoquunt, non est Marmor (*d*).

2. A. *Mineræ.*

HENCKEL. *Pyritolog.* p. 813. HIST. DE L'ACADEM. DES SCIENC. 1734. 1744. I. p. 99.
BERINGER. *Mansfeld. Bergwerk.* p. 161.
FRÄNKISCH. SAMMLUNG. Tom. VIII. p. 518.

Eductum fuit e Pyrite (*e*), Lithantrace,
Lapide calaminari.

- (*a*) WALLER. *Sp.* 180.
- (*b*) CRONSTEDT. §. 124. LINN. I. C. n. 2. LEOPOLD. *It. Svec.* p. 12.
- (*c*) SCHREBER *Litholog.* 45.
- (*d*) Ut ait WALLER. *Sp.* 182. & LINN. p. 102. n. 3.
- (*e*) BROMEL *Mineralog. Svec.* c. 12. p. 15.

§. 101.

ANALYSIS. Alcali vegetabile præcipitat ex solutione Aluminis terram albam, quæ Sal ammoniacum haudquam decomponit, nec Sulphur separat ab Hydrargyro (*a*).

Li-

Liquor ab hac præcipitatione residuus, dat eundem Tartarum vitriolatum, qui obtinetur ex eodem alcali & acido Vitrioli. Ergo Alumen constat acido vitriolico (b), & terra alcalina specifica, non vero cretacea (c). terram hanc ex omni Argilla ope acidi vitriolici eduxit diligentissimus MARGRAFIUS, sicque verum Alumen obtinuit. Jam vero nata suspicio est, hanc indolis esse metallicæ, eique similem, quæ Salis sedativi basim constituit (d). Ego terram hanc cum acido Salis, Sulphure puro, & Sale ammoniaco diu digestam & saepius cohobatam mutavi primo in substantiam ponderosam, nigricantem, micaceam, dein vero in Hydrargyrum. Tractavi hanc ipsam aliis modis cum acido muriatico, & semper aliquid metallici inde obtinui, ut ideo certus sim terram Aluminis ei proxime accedere, quæ firmam basim metallis suppeditat.

(a) MARGGRAF. *Chym. Schrift.* I. Num.
II. §. 7. &c.

(b) F. HOFFMANN. *Obs. Phys. Chym.* I. 3.
Obs. 8.

(c) Ut censem NEUMANNUS. *Præl. Chym.*
P. I. c. 8. STAHL. I. c. P. I. *Sect.* I. M.
I. *Art.* I. c. 2. HIAERNE *Act. Chem.*
Stockholm. *Sect.* I. c. 8. p. 66. WALLER.
ibid. in *not. f. HIST. DE L' ACAD. DES*
SCIENC. 1718. II. p. 428.

(d) MINERALOGISCH. BELUSTIGUNG. *Tom.*
III. §. 7. 8.



§. 102.

TUSUS. Terra Aluminis excolor, pura, colores omnes excipiens & conservans, Sal hoc tinctoribus utile reddit, nec non illis, qui Laccas præparant & cæruleum Berolinense (a). Qui Alumen conficiunt magna copia, caveant, ne illud temporis punctum prætervideant, quod id ipsum intra terras aut mineras ad debitam maturitatem perduxit, ne hoc prodeat inpurum, & ne semper id inutile putent, ex quo Alumen semel excoctum fuit.

(a) De cæruleo Berolinensi vid. PHILOS. TRANSACT. n. 18. HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1725. 1735. 1743. 1752. MISCELLAN. BEROLIN. 1710. HAMBURG. MAGAZIN. Tom. XVI. p. 322. JUSTI. Chym. Schrift. I. Abbandl. 4. n. 2. DIARIO D' ITALIA. Tom. I. p. 22. SPIELMANN, Inst. Chym. Exp. III.

§. 103.

Genus XIX. HALOTRICHUM.

DIAGNOSIS. In loco natali capillorum ad instar, efflorescit.

In igne fere ita se habet, ut Vitriolum (§. 93).

Dat

Dat crystallos prismaticas, subpentagonas,
apice utroque oblique truncatas (a).

(a) V. Tent. nost. de Vitriolo Idriensi, &
Introduct. p. 37. — 40.

§. 104.

SPECIES I. H. *Capillis distinctis* (a)

LINN. p. 104. n. 3. C.

Capillis etiam triuncialibus, imo & longioribus in fodinis Idriensisibus reperitur adnatum lapidi argilloso.

2. H. *Capillis coalitis*.

SCHREBER. *Litholog.* 46.

Habitat & in fodinis Hungariæ modo solitarium & album, modo vero cum Vitriolo martis, & tunc ochra Ferri aspersum saepe se prodit.

(a) Τερχίτης Græcorum efflorescens simile canorum capillorum. ACRIGOL. de Nat. Fossil L. 3. Op. p. 588. huic proximum, ac forte idem.

§. 105.

ANALYSIS. Salis hujus principia jam alibi dicta, sunt acidum Vitrioli, terra aluminis, terræ martialis & calcariæ exigua quantitas.

titas. Non est itaque Sal Sedlizense (*a*), nec mirabili Glauberiano simile (*b*), ut quidam putant. Ad Vitriolum Zinci restulit celeberrimus LINNÆUS, cum tamen nec minimam particulam hujus metalli fo- veat, ac in fodinis Idriæ, eique finitimus montibus nec vestigium Zinci unquam fuerit detectum. Nec figura crystallorum hic adeo attendenda, quæ genus hoc Na- tro potius quam Vitriolo proximum reddit.

(*a*) F. HOFFMANN. *de Fonte & Sale Sedli- zensi.* §. 10

(*a*) HAST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1725.
P. 537.

§. 106.

usus. Idriæ loco emetici aut catharetici sæ- pius assumptum fuit. Mineralogo ostendit indolem lapidis argilloſi cui inhæret,

§. 107.

Genus XX. NITRUM.

DIAGNOSIS. Frigoris sensum imprimit linguae. In igne fumat, & ardet,

Constituit crystallos prismaticas, he- xagonas, utroque apice truncatas (*a*).

Nitrum PLINII comprehendit non solum hoc

hoc nostrum, sed & cineres clavellatos,
& alcali minerale nativum Ægypti (b).

(a) STAHL. l. c. P. III. p. 150. Præterea
sub quolibet angulo cavitatem exiguum
ab uno apice ad alium productam vi-
dit BAKER. l. c. P. I. C. 9. Tab. I.
fig. 2. 7.

(b) V. MICHAEL. *Comment. de Nitro PLINTI.*
§. 2.

§. 108.

SPECIES N. *commune.*

WALLER. Sp. 183. LINN. p. 84. n. 1.
WOLTERSDORF. Cl. III. O. 1. G. B.
VOGEL. p. 277. §. 16.

Humosum, cryptogamum, arte in cry-
stallos solidandum (a), hinc transiens
in aquam (b), indeque in plantas (c).

(a) Nitrum nativum stalactiteum. BROMEL.
l. c. C. 2. §. 2. paradoxum.

(b) SCHWED. ABHANDL. Tom. XXI. p. 112.
119. — 121. MARGGRAF. Chym. Schrift.
I. Abhandl. 18.

(c) HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1707. p.
230. ADANSON. 5 Famil des Plantes p.
331. n. 22.

§. 109.

ANALYSIS. Nitrum constat acido specifico,
F 2 alca-

alcali vegetabili, & substantia inflammabili. Acidum a reliquis principiis separatum vapo res rubros constituit, cum alcali minerale Nitrum cubicum format, & cum Mercurio coalescit in massam salinam coloratam. Habetur id pro acido vitriolico modificato (a), & Pietschiana genesis Nitri ex acido dicto, urina & lapide calcario id confirmare videtur, verumtamen & acidum muriaticum certa methodo tractatum in forma rubentium vaporum in excipulum transisse vidi. Alcali vegetabile putredine evolutum (b) demonstrat ingenium Nitri alcalisati, idem Sal ex acido nitroso, ac Sale Tartari, aliove simili genitum. Inflammabile (c), quod negant aliqui, ostendit color, tam elevati in vapores acidi, quam salinæ substantiæ, quam constituit Hydrargyrum cum hoc acido junctum.

(a) NEÜMAN *Præl. Chym. de Nitro.* p. 27.
SCHWED. ABHANDL. *Tom. II.* p. 15. SEBASTIANI. *de Nitro.* §. 2.

(b) HIST. DE ACAD. *de BERL.* *Tom. XX.* p. 4.5.

(c) STAHL. *Obs. Chym. M. Febr. C. NEÜMANN.*
I. c. P. I. C. 7. SCHWED. ABHANDL. *Tom. XI.* p. 207. 282. VOGEL. *Inst. Chym.*
§. 422. 426.

§. IIO.

Principia hæc confirmat Nitrum ex variis rebus ea ipsa foventibus generatum, ut v. g. ex Naphta Vitrioli & salino vegetabili (a), Calce putrescentium corporum vaporí exposita (b), ex Humo mixta cineribus vegetabilium crematorum (c), ex spiritum FROBENII & Sale Tartari (d), ex Calce, cinere, scoriis Ferri, Vitriolo, Alumine, Sulphure simul comixtis (e), aliisque similibus.

- (a) SCHWED. ABHANDL. *Tom. p. 281, 282.*
- (b) FRÄNKISCH. SAMMLUNG. *Tom. II. p. 110.*
- (c) FRID. HOFFMANN. *Obs. Phys. Chym. L. 2. n. 2.*
- (d) SCHWED. ABHANDL. *Tom. II. p. 15.*
- (e) ACT. ANGLIC. 1766. PIETSCH. *von Erzeugung des Salpetres §. 15. 20. ABHANDL. DER OECONOMISCH. GESELLSCHAFT ZU BERN. 1766. 4. Stuck. n. 1. p. 33.*

§. III.

Pusus. Pulveris pyrii terribile inventum ex Nitro, Sulphure & polline carbonis, neminem latet (a). Docimastarum fluxus ita dictus niger ex duabus partibus Tartari & una Nitri, albus vero ex anatica utriusque dosi conficitur (b). Acidum Nitri (c) a muriatico immixto solutione

Argenti depuratum (*d*) separat Aurum ab Argento , dum hoc granulatum debiliore menstruo solvitur , & Auro sub forma pulveris nigri in cucurbitæ fundo relicti separatur , quod dein abstracto humore in vitro restat perfectum omni dote Argentum.

(a) Artificium hoc describit ERKER. in *Aul. subterrani*. L. 5. p. 199.— 208.

(b) Fluxus niger seu detonatus constans duabus partibus Nitri , & una Tartari , Nitrum parte aliqua adhuc crudum fovet , si vero ex duabus partibus Tartari & una Nitri compositus fuerit , tunc Tartarum continet imperfecte alcalisatum. NEÜMANN. l. c. p. 56.

(c) Parationem aquæ fortis tradunt AGRICOLA de *Re metall.* L. 10. LÖHNEIS. Bericht. P. 7. p. 123. NEÜMANN. l. c. p. 1. C. 7. SPIELMANN. Inst. Chym. Exp. 41. & alii.

§. II 2.

In Officina nitraria hæc in primis observanda sunt.

1. Situs ejusdem commodus , amplitudo sufficiens , structura operi idonea , sapientia directio.
2. Uſus Lithantracis vel Turfæ , si regio his abundat , & facile haberi possunt , ne lignorum pretium sine necessitate civibus augeatur.

3. Plantatio Nitri instituenda, sedulo curanda.
4. Terra nitraria prius examinata, rite excoquenda.
5. Nitrum repetitis solutionibus ab immixta muria depurandum (a).
6. Ultimo nec crystallifabili lixivio genesis novi Nitri in plantationibus promovenda.

(a) LIBAV. *Art. Probat.* L. I. C. 15. F. HOFFMANN. l. c. L. 2. *Obs.* I.

(b) Plura hac desuper habent MERCAT. I. c. *Arm.* IV. p. 62. 63. STAHL. *Obs.* Chym. M. Febr. C. 2. & in *Traetatu de Nitro.* LÖHNEISS. l. c. VON. RHOR. von Oberharz VIII. *Abtheil.* C. 8. PROSKI *de Nitro* C. I. §. I.

§. II3.

Genus XXI. MURIA.

DIAGNOSIS. Crepitat in igne (a).
Crystalli figura cubica gaudent (c).

- (a) Nescio cui pugnae acidum inter & alcali phoenomeni hujus causam adscribit JUSTI. *Schrift.* I. p. 222.
- (b) Cubi in cavam pyramidem congesti. BACKER. l. c. P. I. C. 8. Tab. I.



§. II4.

SPECIES I. M. *aquatica*.

WALLER. Sp. 187. 188. LINN. p. 98. n.
I. 2. 4. CRONSTEDT. §. 130. 131.
VOGEL. p. 285. 287. SCHREBER. I. c.
42.

Soluta in aqua marina, lacustri, fontana,
fontes halophori calidi & frigidi. Mu-
riæ fontanæ cubi minores semper ac ma-
rinæ (a).

2. M. *Montana*.

DIOSCOR. l. 5. c. 120. WALLER. Sp. 184.
LINN. p. 98. n. 3. CRONSTEDT. §. 129.
VOGEL. p. 384. §. 27.

Ingentes cumulos in sinu terræ constituit
variis in locis (b), pura, terris mixta,
excolor, colorata, amorpha, cubica, ca-
pillarys.

- (a) VANDELLI *de Therm.* c. 4. p. 145. &c.
- (b) Hæc enumerant CÆSIUS *de Mineral.* l.
3. c. 3. MERCAT. l. c. *Arm.* II. c. 2.
KIRKER. l. c. l. 6, *Sect.* I. c. 4. p. 321.
HIST. DEL' ACAD. DE BERLIN. *Tom. XVI.*
p. 57. §. 4.

§. II5.

ANALYSIS. Acidum, & alcali fixum, utrum-
que

que specificum, Muriam constituit. Acidic dotes, cornufatio Argenti & Plumbi, produc^{tio} Salis singularis cum Hydrargyro, & butyrosæ substantiæ cum regulo Stibii. Alcali singulare (*a*), a vegetabili distinctum (*b*), deliquium non patitur, (*c*) crystallisatur (*d*). Principia hæc viribus naturæ, absque additamento, invicem disjungi posse, negant nonnulli (*e*), at demonstrat Alcali nativum minerale, magna copia hinc inde occurrens. Id vero sensim, nec subito, absolvitur, ut solet ars, quæ hanc analysim instituit addito corpore cum eo alcali magis ad fine, vel & inpediente, ne Muria diffuat (*f*), quod methodo Marggrafia na optime perficitur (*g*).

- (a) POTT. *de Sale communis.* p. 3. — 4.
- (b) F. HOFFMANN. l.c. *Obs.* 17. SCHWED. ABHANDL. *Tom.* XVI. p. 300. 301. LOMONOSOW. *Orat. de Metall. ex Terræmotu.* p. 112.
- (c) Ut scripsit HENKELIUS. in *Fl. Saturn.* c. 6. p. 280.
- (d) MARGGRAF. *Chym. Schrift.* I. *Abbandl.* 8. §. 22.
- (e) TEYCHMAYER. *Inst. Chym.* P. 2. c. 7. STAHL. *Fund. Chym. Tract.* II. *Sect.* 3. *Art.* 2. §. 22.
- (f) MARHER. *Adfin.* c. 2.
- (g) Dum primo acido Nitri expellitur acidum Muriæ, dein illud detonatione fugatur, cuius methodi meminit & BOY-

LE in App. ad Chym. Scept. P. I. Sect.
3. ac LEWIS Experienc. sur plusieurs Ma-
tieres. Tom. III. p. 408 — 410.

§. II6.

usus. Cultura salinarum regale est summi
Principis (*a*). Sal porro aut effoditur sic-
cum, aut ex aqua educitur sole vel igne.
Primum duplex, purum vel impurum. Il-
lud ita venditur ut ex stratis suis in lucem
trahitur; hoc vero prius solvitur, ut depu-
retur, dein solutio hydrometro, aut alio
modo explorata (*b*) tubisque excepta duci-
tur ad officinam, ubi ample receptaculo ex-
cipitur & adservatur. Aliter extrahitur Mu-
ria ex aqua marina aut fontana. Illa enim
amplis & rite exstructis alveis æstate exce-
pta, in vapores elata, Sal relinquit (*c*) no-
va solutione ab heterogeneis depurandum.
Hæc vero prius in domibus gradatoriis (*d*)
diversimode evaporanda, ut eam Salis co-
piam contineat, quæ & opere pretium sit,
& domino utilis. In excōctione Salis qui-
dam Lithantrace, alii lignis utuntur. Li-
gnorum usus exigit nemora ampla, horum
culturam diligentem, aquarum beneficia,
ac sartagines rite constructas.

(a) Maius Regum vestigia ex eo, quam ex
Auro & Margaritis. PLIN. l. c. l. 31.
c. 39.

(b)

- (b) An requisitam Salis copiam foveat: Vingtiquatuor drachmæ aquæ frigidæ solvunt Muriæ drachmas octo. HIST. DE L'ACAD. DES SCIENC. 1729. p. 324. Hallæ Tyrolensis duodecim unciaæ aquæ continent Salis uncias tres. STERZINGER von Halt-Inthallischen Kochsalze. I. Absatz. p. 7. Nec ullus est locus, ubi sexdecim unciis aquæ ultra sex unciaæ Salis infint. F. HOFFMANN. Obs. Phys. Chym. I. 2. Obs. 6.
- (c) Methodum hanc explicant ACT. ANGLIC. 1669. p. 298.
- (d) Evaporationis hujus theoriam tradit WALLERIUS in not. d. ad HIAERNE. Tent. Chym. 3.

§. 117.

Muria promovet unionem principiū inflammabilis cum calcibus metallorum (a), ipsoque Ferro; hinc in docimaisticis mineralium examinibus, ac paratione chalybis (b) utiliter adhibetur. Vis acidi muriatici a metallis concentrati summa est & chemico digna; sapienter enim tractatum plurima pandit, quæ inexpertis fabulosa ac impossibilia videntur.

- (a) STAHL. Obs. Chym. Phys. M. Septemb. c. 6.
- (b) F. HOFFMANN. I. c. Obs. 16. SPIELMANN. I. c. Exp. 22.

§. 118.



§. I I 8.

Genus XXII. AMMONIACUM.

DIAGNOSIS. **S**al in igne volatile.

Constituit crystallum cruciformem, columnis quatuor tetragonis compositam (*a*).

Frigus aquæ præ cæteris auget (*b*).
Repertum fuit in faucibus vulcanorum (*c*),
& in Imperio Ruthenico (*d*). Ammoniacum veterum videtur Sal commune fuisse (*e*).

(a) BACKER. l. c. c. 17. *Tab. 3. n. 3. fig.* & B.

(b) HIST. DE L'ACAD. DE BERLIN. *Tom. VI.*
p. 65. MUSCHENBRÖEK *Essay de Physic.*
Tom. I. p. 463.

(c) CHARLETON. *Onomast. de Fossil.* p. 227.
IMPERAT. *Hist. Nat. l. 13. c. 8. TRANS-*
ACT. PHILOSOPH. 1739. p. 258.

(d) MODEL. *Versuche über einen natürlichen*
Salmiak. 1758. cuius existentiam jam
prævidit. HIST. DE L'ACAD. DES SCIENC.
1716. & HLÆRNE. *Act. Chym. Stok-*
holm. Sect. 1. c. 14.

(e) SALMAS. *Homom.* c. 3. CÆSIUS *de Mine-*
ral. l. 3. c. 2. *Sect. 5. n. 4. BERTRAND.*
Diction. des Fossil. p. 33.

§. I I 9.

SPECIES I. A. Manifestum.

CRONSTEDT. §. 132.

Hete-

Heterogeneis mixtum (*a*).

2. A. Occultum.

Inhærens fimo animalium (*b*).

(*a*) HÆRNE I. C. WALLER. *ibid. in not.*

(*b*) SCHWED. ABHANDL. *Tom. XIII. p. 269. 274.* TEICHMAYER. I. C. p. 2. c. 9.

§. 120.

ANALYSIS. **E**st Sal medium (*a*) ex acido muriatico (§. 115.) & alcali volatili; hoc enim ab alcali fixo expellitur, illud excipitur, hinc denuo separandum ab acido Vitrioli. Putredo Muriam decomponit, aut inde exturbat superfluum acidum, producit alcali volatile, ac utrumque conjungit in Sal ammoniacum. Hinc non mirum id ex rebus hæc principia foventibus fuisse productum (*b*) ac etiamnum confici.

(*a*) TEYCHMAYER. I. C.

(*b*) SCHWED. ABHANDL. *Tom. IX. p. 234. HIST. DE L'ACAD. DES SCIENC. 1720. p. 63. 1635. p. 143. BOERHAV. El. Chym. 11. Proc. 86. n. 6. MAYER. Hist. Sal. Hall. §. 32. FRÆNKISCH. SAMMLUNG. Tom. I. 6. Stuck. 3.*

§. 121.

USUS. **S**al Ammoniacum venale inpurum sublimando aut solvendo depuratur. Flores

res luteo colore a Ferro tinguntur (*a*). Idem Aquam regiam cum acido Nitri constituit (*b*), ejusque spiritus quocunque modo paratus, a Cupro, ejusque mineris ustulatis cæruleo colore tingitur.

- (*a*) LUDWIG. *de Terr. Dresd.* c. 5. p. 272.
eodemque modo colorantur a Sulphure Antimonii aurato. TEYCHMAYER. l. c.
- (*b*) Quatuor partes aquæ fortis, & una Salis ammoniaci. TEYCHMAYER. *ibid.* c. 7. p. 123. Sed unica uncia hujusce Salis, libram integrum acidi nitrofi in aquam regiam mutari posse, monuit MARGRAFIUS. *Chym. Schrift.* I, *Abbandl.* I. §. 6.

§. 122.

Genus XXIII. SAL MIRABILE.

DIAGNOSIS. Facillime satiscit in pollinem album (*a*). In igne prompte fluit.

Dat crystallum prismaticam, angulis quatuor aut quinque instructam.

[*a*] MAYER. *Hist. Sal. Hall.* §. 23.

§. 123.

SPECIES I. S. M; Purum.

WALLER. Sp. 190. LINN, p. 89. n. 3. CRONSTEDT, §. 126.

Aci-

Acidulis (*a*) inest, nec non Alcali minerali Hungarico (*b*).

2. S. M. *Inpurum.*

Huc pertinet Sal Cretæ, & huic similia bituminosis calcariisque particulis inquinata.

- (a) HIST. DE L'ACAD. DES SCIENC. 1724. p. 168 — 169. 1722. II. p. 527. 1735. EPHEM. NAT. CURIOS. Vol. I. Obs. 6. DE MARE. *Versuche des Baadner Baades.* c. I. §. 4.
- (b) HAMBURG. MAGAZIN. Tom. X. p. 339. 375. VOGEL. p. 300 — 302, §. 45.

§. 124.

ANALYSIS. Acidum Vitrioli (§. 95.) terra Muriæ (§. 115.) saturatum constituit Sal mirabile (*a*), cui substantia bituminosa amaritiem quandoque conciliat, ut aquæ marinæ (*b*).

- (a) Indolem terræ, quæ Sali huic inest, non bene determinavit F. HOFFMANNUS in *Tract. de Sale Sedlizeni.* §. 17.
- (b) HIST. DE L'ACAD. DE BERLIN. Tom. XVI. p. 49.

§. 125.



§. 125.

usus. Minerarum refractarias reddit fluxiliores; hinc in examinibus minerarum Cupri, aliarumque utiliter adhibetur,

§. 126.

Genus XXIV. BORAX.

DIAGNOSIS. **S**al vitrescibile, in igne spumans.
Largitur crystallum prismaticam, utroque apice obtusam (*a*).
Borax hujus ævi non est veterum Chrysocolla (*b*).

(a) BACKER. l. c. *Tab. 3. n. 2.* A. octogonam statuit, & pingit. LINN. pag. 94. *fig. 14.*

(b) Boracem cum Chrysocolla confundunt
AGRICOLA *de Nat. Fossil.* l. 3. *Op. p. 586.* MATHESIUS *Predig.* II. p. 158.
MERCAT. l. c. *Arm. 2. c. 8.* GIMMA. l. c. l. 6. c. 2. *Art. 3. n. 23.*

§. 127.

SPECIES I. B. Tincal.

WALLER. *Sp. 199.* CRONSTEDT, §. 139. n. 5.

Borax

Borax pinguibus, aliisque sordibus inquinatus (a).

2. B. *Officinalis.*

Tincal depuratum.

(a) CRONSTEDT. §. 139. n. 5:

§. 128.

ANALYSIS. Principia Boracis constitutiva sunt Alcali minerale, Sal sedativum, & substantia inflammabilis. Primum patet ex Sale mirabili (§. 122.), quod acidum vitriolicum, post separatum a Borace Sal sedativum, cum eo producit (a). Secundum Sali huic inesse chemici fatentur omnes, indeque facile educitur via humida & sicca. Tertium vero demonstrat reductio Plumbi calcinati ope Boracis tam crudi, quam depurati (b), & Wismuthum ab hoc Sale parte aliqua malleabile factum.

(a) HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1732. p. 567. POTT. de Borace. p. 71. MODEL. Nebenstunden. §. 35.

(b)	<i>Boracis Tincal</i>	25.	℔.	ex	50.	℔.
	Plumbi calcinati	dant	Plumbi	℔.	15.	
	Lithargyrii	-	-	-	-	7.
	Minii	-	-	-	-	3.
	Lithargyrii	-	<i>Officinalis</i>	-	10.	
	Minii	-	-	-	-	25.



§. I29.

Salis sedativi acidum nonnulli vitriolicum (a), alii muriaticum (b) esse contendunt. Terream ejus basim MODELIUS (c) refractariam, quidam autem metallicam (d) vocant. Certe in B. *Tincal* terram martialem detexit SWABIUS, & quæ de ejus origine scripserunt aliqui (e), id confirmare videntur.

- (a) NEÜMANN. l. c. p. 5. c. II. TEICHMAYER.
l. c. p. II. c. 16. POTT. l. c. p. 68.
- (b) HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1753. I.
p. 305. 1755. p. 633.
- (c) L. c. & §. 38. p. 321.
- (d) NOV. EPHEM. NAT. CURIOS. Tom. III.
p. 97.
- (e) BERLIN. MAGAZIN. Tom. IV. p. 22. 23.

§. I30.

Usus. Borax calcinatus minerarum fluxilitatem, & calcium metallicarum reductionem valde promovet, ut examina docimastica Ferri & Cupri docent. Idem ex Pyrite Lechum educit purum, levigatum, sed brevi in pollinem nigrum fatiscens.

§. I31.

B. *Saliæ alcalina.*

Ge-

Genus XXV. NATRUM. (a)

DIAGNOSIS. Cum acidis effervescit, Sal medium constituit.

Non sola alcalina, sed & alia corpora syrum Violarum viridi colore tingunt (b). Sal alcali purum non facile crystallisatur; semel tamen ex decocto Fraxini vidi natas crystallos vere alcalinas, rhombeas, in aere libero deliquescentes.

- (a) LINNÆUM sequor, qui salibus hisce Natri nomen imposuit. p. 84.
- (b) POTT. *de Borace.* p. 69. HAMBURG. MAGAZIN. Tom. VII. p. 83.

§. 132.

SPECIES I. N. *Fixum.*

WALLER. Sp. 189. 190. LINN, p. 84. n. i.
 CRONSTEDT. §. 135. WOLTERSDORE.
 Cl. IV. O. 2. P. A. Sp. i. JUSTI. §.
 267. SPIELMANN. l. c. Exp. 49.

Habitat in Ægypto (a), Persia, Hungaria (b), & in aquis mineralibus (c).

2. N. *Volatile.*

BOYLE. *Append. ad Chym. Scept.* P. I. Sect.
 2. EPHEM. NAT. CURIOS. Vol. V. Obs.
 9. CRONSTEDT. §. 140. JUSTI. §. 270.

Ex aquis medicatis (d), variisque fossili-
bus eductum fuit.

- (a) CLUS. *Exot.* l. 2. c. 13. VALENTIN. *Mus.*
Tom. I. c. 7. HIST. DE L' ACAD. DES
SCIENC. 1717. EPHEM. NAT. CURIOS. Dec.
IX. *Obs.* 144. n. 19. HIAERNE. *Tent.*
Chym. VI. HOFFMANN. l. c. *Tom.* II. p.
277. HWETINGTON. *Epiſt.* p. 68. SICARD.
Memoir des Mission. Vol. VII. p. 64.
MICHAEL de Nitro veterum.
- (b) TORKOS. *Diss. de Alcali mineral.* Hun-
gar. 1766. PAZMANDI. *Diss. sistens ide-
am Natri Hungarici.* 1770. BRÜNNICH.
ad CRONSTEDT. §. 135.
- (c) HIÆRNE. l. c. F. HOFFMANN. l. c. & in
Diss. de Therm. Carolin. c. 2. §. 7.
- (d) HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1729. I.
WALLER. Sp. 192.

§. 133.

ANALYSIS. **N**atrum fixum Hungaricum in-
haerens humo non facile crystallisatur. Cry-
stalli vero rhombeæ sunt, & cum acido Vi-
trioli Sal mirabile, cum nitroso Nitrum cu-
bicum, cum muriatico autem Sal commu-
ne constituunt. Sed & Sal mirabile eidem
inesse statuit PAZMANDI. Ergo est Alcali mi-
nerale partim nudum, partim vero acido
vitriolico saturatum. Alcali fixum ex re-
gno vegetabili & animali arte chemica e-
duci posse docet MARGGRAFIUS (a), dubitat

SPIELMANNUS (*b*), negat BOERHAVIUS (*c*). Ego arbitror nec Natrum fixum, nec volatile nudum esse in rerum natura, idque unice putredinis, fermentationis, aut ignis opere produci, decompositis nempe succis saponaceis, & sic alcali evoluto, aut produpto, ex unione intima terreæ substantiæ cum oleo attenuato (*d*).

(a) HIST. DE L³ ACAD. DE EEREIN. Tom. XX.
p. 4. &c.

(b) L. c. Exp. 85.

(c) Elem. Chym. I. p. 33.

(d) STAHL. Opusc. Phys. Chym. Zymotech.
c. 7. p. 96. 97.

§. 134.

usus. Alcalina Salia metallæ depurant (*a*). & cum pinguibus saponem constituunt. Eadem cum terris siliceis vitrum formant, nobile ac utilissimum chymiae inventum. Docimastæ his etiam utuntur, ut determinare queant quantitatem metalli ignobilis mineris inhærentem. Præterea notandum est, Salia hæc inter se differe, eandemque terram ab uno facilius liquari, quam ab alio (*b*).

(a) HENCKEL. Fl. Saturn. C. 16. p. 415

(b) F. HOFFMANN. I. c. Obs. 29.



§. 135.

Ex his (§. 93. — 134.) patet: 1.) Ex sola figura neminem solidam ac genuinam Salium cognitionem unquam assequi posse (a), eorumque genera naturalia dilacerari.
 2.) Acidum Vitrioli, & Nitri cum Alcali vegetabile diversas producere crystallos; acidum vero Salis cum omni Natro fixo, ut & Alcali minerale cum omni acido, non alias dare, quam cubicas. Terræ itaque modificant acida, & econtra. Sed in acido evertendo inflammabili substantia nihil potentius, nec metallum aliud esse videtur, quam acidum inflammabili, & terra specifica modificatum.

(a) HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1727. p. 528.

§. 136.

ORDO SECUNDUS.

Bitumina.

Corpora non in aqua, sed oleis solubilia, in igne maxima parte cum fumo & odore volatilia, fluida aut solida (a), vel picea aut sulphurea (b) a mineralogis dicta.

(a) CHARLETON. *Onomast.* p. 236. WOLTERS-DORF. Cl. IV.

(b) VOGEL. p. 306. §. 3.

§. 137.

Genus XXVI. AMBRA.

DIAGNOSIS. *Suaviter olens.*

Opaca, pretiosissima, facile emollienda.

Ex insula Mauricij (a), & Ostiindia (b) ad nos defertur.

(a) *Optima, HIST. DE L'ACAD. DES BERLIN.*
Tom. XX. p. 43. 45.

(b) *HAMBURG. MAGAZLN. Tom. XXVIII.*
p. 548.

§. 138.

SPECIES I. A. grisea.

WALLER. *Sp. 211. LINN. p. 107. ambro-*
siaca WOLTERSDOF. l. c. G. A.

Candefacta aciculæ non adhærens. (a).

2. A. unicolor.

WALLER. *Sp. 212. LINN. l. c. vulgatior.*

Alba, flavescens, fusco nigricans, mi-
nus odorata.

(a) *LINN. l. c.*

§. 139.

ANALYSIS. *Ex Ambræ griseæ drachma una*
G. 4 pro-

prodierunt grana quinquaginta substantiæ oleosæ primo flavæ, dein nigricantis. In retorta erant pulveris tenuissimi grana duo (*a*), reliquum fuit aqua in excipulo collecta, ac vitris adhærens. Bitumen hoc a quibusdam habetur pro Petroleo indu-rato (*b*), ab aliis vero pro miscella mellis ac ceræ a radiis solaribus, & aqua marina, cui innatæ, modificata (*c*).

(*a*) TRANSACT. PHILOS. 1734. p. 258.

(*b*) AGRICOLA *de Nat. eorum, quæ effluunt e terra* L. I. p. 538. BERTRAND. *Diction des Fossil* p. 20.

(*c*) HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1705. p. 54. HIST. DE L' ACAD. DE BERLIN. I. C. ARGENWILL. I. C. P. II. p. 272. 273.

§. 140.

USUS. A contagiis præservat (*a*), ejusque odor nonnullis gratissimus est.

(*a*) LINN. I. C.

§. 141.

Genus VII. SUCCINUM.

DIAGNOSIS. Plerumque pellucidum, bene-olens.

Omnino solubile in oleo Therebinthinæ. Dicitur & Electrum (*a*), licet Electrum antiquorum aliud quid fuerit (*b*).

(*a*)

- (a) VOLATERAN. *de Metall.* L. 2. Tit. 4.
MERCAT. l. c. *Arm.* V. C. 9.
- (b) V. PLIN. *Hist. Nat.* L. 33. C. 4. ISIDOR. L. 16. C. 3. ALBERT. M. *Mineral.*
L. 5. PAUSAN. *Eliac.* L. 5. AGRICOLA.
de Nat. Fossil. L. 8. *Op. p.* 446. com.
GÖTTING. *Tom.* III. p. 67.

§. I42.

SPECIES I. S. *electricum.*

WALLER. *Sp.* 208. — 210. LINN. p. 108.
SCHREBER. l. c. 47. WOLTERSDORF. l.
c. G. B. VOGEL. p. 327.

Ubi hoc effoditur, primum terræ stratum
est Sabulum, aliud Argilla, dein ligna,
quæ sequitur terra vitriolica, sub qua de-
mum latet Succinum arena mixtum (a).

2. S. *Copal.*

LEHMANN. *Mineralog.* §. 47. n. 8. VOGEL.
p. 330.

Sal volatile nullum destillatione largitur (b).

- (a) F. HOFFMANN. l. c. L. 3. *Obs.* 33.
(c) HIST. DE L'ACAD. DE BERLIN. *Tom.* XIV.
p. 34.

§. I43.

ANALYSIS. Libra una Succini dedit Salis
volatilem unciam dimidiam & grana trigin-
ta,

ta, reliquum fuit oleum, phlegma, & substantia quædam atra. Acidum hujus Salis NEÜMANNUS (*a*) vitriolicum, BOURDELINUS (*b*) muriaticum, alii vero (*c*) vegetabile vocant. Succinum quidam ex vegetabili (*d*) alii autem ex minerali regno deducunt (*e*). Humorem olim suisse inclusa varia (*f*) demonstrant.

- (*a*) *Lect. Chym. de Succin.* p. 25. 28. 58.
- (*b*) *HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC.* 1742. p. 217. 228.
- (*c*) *HIST. DE L' ACAD. DES BERLIN.* *Tom. IX.* p. 70. 71.
- (*d*) *TACIT. de mor. German.* p. 823. *RUEUS de Gem.* c. 26. *ENCEL. de Lapid.* & *Gem.* L. 3. c. 16. *EPH. NAT. CURIOS.* *Vol. IV. Obs.* 31. *F. HOFFMANN.* l. c. *LOMONOSOW. de Generat. Metall.* ex *terræ motu.* p. 13. 14.
- (*e*) *KIRKER.* l. c. L. 8. *Sect. 3. C. 4.* *GIMMA* l. c. L. 8 *C. 5.* *Art. 6.*
- (*f*) *AGRICOLA.* l. c. L. 4. *Op. p. 600.* *BOCK. Electrophilac. Boruss.* p. 124. sed talia artefacta non raro occurunt, qualia habet *MERCATUS.* l. c. *Arm. V. C. 9.* p. 89.

§. 144.

Usus. Vernices inde parantur, & Succino varia elaborari possunt, postquam ars id pellucidum & excolor redere potuit.

§. 145.

§. 145.

Genus. XXVIII. PIX MONTANA.

DIAGNOSIS. **N**igra, maleolens.

LINNÆUM hic sequor, mutato tamen Bituminis nomine, quod ordini datum fuit (§. 136.)

§. 146.

SPECIES I. P. m. *Petroleum.*

WALLER. Sp. 202. LINN. p. 109. n. 2.

GRONOV Sup. 19. CRONSTEDT. §.

148. WOLTERSDORF. Cl. IV. O. 1.

G. A. Sp. 2.

Bitumen fluidum, repertum in *Dahlia* (a) *Galliis* (b) & prope Vulcanos (c). Naphta est Petroleum modifiatum.

2. P. m. *Maltha.*

WALLER Sp. 203. LINN. p. 110. n. 3.

CRONSTEDT. §. 149. JUSTI. §. 205.

LEHMANN. §. 47. 3.

Petroleum condensatum.

3. P. m. *Mumia.*

LINN. l. c. n. 4. CARTHEÜSER. vermischt
Schrift. p. 219. Sebum min. SCHWED.

ABHANDL. Tom. V. p. 8. &c. VOGEL.

p. 343. §. 16.

Pin-



Pingue, albidum., in igne bituminosum odorem spargens, in *Finnlandia* repertum.

(a) CRONSTEDT. l. c.

(b) HAMBURG. MAGAZIN. Tom. XII. p. 108.

(c) IMPERAT. Hist. Nat. L. 14. C. 19.

§. 147.

4. P. m. *Asphaltum.*

WALLER. Sp. 204. LINN. l. c. 48. JUSTI §.
209.

Atrum, Friabile, nitidum.

5. P. m. *Turfa.*

WALLER. Sp. 205. LINN. l. c. n. 6. SCHRE-
BER. l. c. 49. VOGEL. p. 337. §. 15. β.

Humus, aut vegetabile substantia bitumi-
nosa empyreumatica penetratum.

6. P. m. *Lithantrax.*

WALLER. Sp. 206. LINN. l. c. p. 111. n.
6. GRONOVI. Sub. l. c. n. 4. 5. SCHRE-
BER, l. c. 50 VOGEL. p. 333—336.

Argilla aut vegetabile, bitumine prægnans.
Illa in igne terram, aut scoriam, hoc ci-
neres post se relinquit.

7. P. m. *Gagas.*

WALLER. Sp. 207. LINN. l. c. n. 8. LEMANN.
l. c.

l. c. 5. GRONOV. l. c. 3. 6. 6. WOLTERSDORF. l. c. Sp. 3. VOGEL. p. 327.
β. JUSTI. §. 208.

Lithantrax solidus, polituram admittens.

8. P. m. *Suillum.*

WALLER. Sp. LINN. l. c. n. 9. CRONSTEDT.
§. GRONOV. Sup. 10. n. 7. 8. VOGEL. p.

Terra calcaria bituminosa.

9. P. m. *hepatica.*

CRONSTEDT. §. LINN. p. 112. n. 10.

Gypsum bituminosum.

§. 148.

ANALYSIS. Petroleum Gallicum eadem est substantia, quæ ex Gagate ab igne pellitur (*a*), nec Maltha & Asphaltum quid aliud sunt, quam Petroleum induratum, (*b*) ignis chemicus eadem ex Turfa, quæ ex Humo eduxit (*c*); eademque largitur Carbo fossilis, ex quo & Sulphur (*d*), ac Sal volatile (*e*) quandoque expulsum fuit. Turfam latentem plantæ variæ, in primis vero *Sphagnum palustre* dehotat (*f*). Gagatem esse Lithantracem induratum jam nemo dubitat (*g*), humoremque acidum, oleum inde ac igne separari monuit WALLERIUS. (*h*).

(*a*)

- (a) HAMBURG. MAGAZIN. l. c.
 (b) MICHAEL. *Comment. de Mari mort.* §.
 II. 17.
 (c) HIST. DE L'ACAD. DE BERLIN. *Tom. XIII.*
 p. 132.
 (d) F. HOFFMANN. I. c. L. 2. *Obs. 24.*
 (e) HIAERNE. *Tent. Chym. IV. Exam. VI.VI.*
 (f) EPHEM. NAT. CURIOS. *Vol. X. App. i p.*
 343. HAGEN. *von Torf.* §. 18.
 (g) EPH. NAT. CURIOS. *Vol. I. Obs. 116.* p.
 238.
 (h) Sp. 207.

§. 149.

usus. **L**ithantracis & Turfæ utilitas notissima est, ut superfluum sit de ea plura loqui. Huic tamen obstat eorum vapor & ingratus odor, quem ut corrigerent varias quidam excogitarunt artes, sed absque utili promisso effectu. Cum Turfa tamen facilius res succedit, ut tolerari etiam cruda possit. Solam metallorum eliquationem e suis mineris, haud adeo felicem hucusque vidimus, ut credidere quidam; fortiori enim ac rapaci hoc igne reductum metallum in calcem & vitrum abit ingenti damno. Carbo autem Turfæ in vitrum abiens fornaces obstruit (a).

- (a) EPHEM. NAT. CURIOS. I. c. *Obs. 115.*

§. 150.

§. I50.

Qui Turfam effodiunt, attendere debent, quænam sit strati ejusdem crassities, qui loci situs, quæ excindendi methodus utilior, quomodo ea tollenda, quæ hoc opus impedunt, & qualiter eadem exsiccanda absque damno sylvarum. Lithantrax strata sæpe constituens (a), Schisti, Argillæ & Margæ (b) satelitio plerumque stipatus, & dum inter jacens ac pendens stratum educitur, cavendum est, ne noxii vapores, aut debilibus fulcris sustentatæ viæ, operariis damnum inferant (c).

(a) SCHULZ. von Steinkoblen. §. 6. BÖSEN.
Haushaltungs-Principia. P. I. c. 4. §. 3.
 CANCRINUS. *Bergwerk.* 7. Stuck. §. 4.
 — 6.

(b) SCHEUCHZER. *It. Alpin.* Tom. II. It. 4.
 p. 469.

(c) Plura hac desuper habent BEAERISCH.
 ABHANDL. Tom. I. P. II. p. 203. 205.

§. I51.

Genus XXIX. SULPHUR.

DIAGNOSIS. Luteum, ardet flamma cærulea,
 odore acuto.

SPECIES I. S. Solidum.



WALLER. *Sp.* 213. l. 2. LINN. p. 113. a. γ.
δ. GRONOV. *Sup.* p. 20. n. 1. 6. JUSTI.
§. 225. WOLTERSDORF. l. c. G. D. *Sp.*
l. 3. 5.

Variis inhæret terris, purum, folidum,
pellucens, opacum, amorphum, crystal-
lisatum, striatum.

2. S. *Pulverulentum.*

WALLER. l. c. 3. 4. LINN. l. c. β. WOLTERS-
DORF. *ibid.* *Sp.* 4. JUSTI. l. c.

Repertum fuit in faucibus Vulcanorum, &
in subterraneis thermalium aquarum vi-
is (a).

(a) SCHEUCHZER. l. c. *It.* VI. p. 452. DU
MARE. *von Oesterreich, Baadner Baad.* c.
2. §. 4. VANDELLI *de Therm.* p. 69 —
97.

§. 152.

ANALYSIS. Fossile hoc constituit 1.) Acidum & quidem vitriolicum, ut docet ha-
bitus Sulphuris ad metalla, & Salia alcali-
na, fixa (a), nec non fluidum illud, quod
dat apparatu idoneo exceptus vapor accen-
si Sulphuris. 2.) Inflammabile, quod ig-
nem alit. 3.) Terra cum alcali fixo in vi-
trum rubrum diffluens, imo etiam per se
sola vitream substantiam nigricantem con-
stituens. Sic ars naturam imitata Sulphur
pro-

produxit cum acido vitriolico, rebus inflammabilibus & Sale Tartari (*b*), cum eodem acido & oleo Therebinthinæ (*c*); cum Sale mirabili & polline carbonum (*d*), cum Tartaro vitriolato & Zinco (*e*) aliisque similibus (*f*), evidenti argumento in officinis, dum mineræ torrentur liquanturque, generari posse Sulphur, quod in illis prius non erat. Denique notandum, destrui Sulphur ab Alumine, ut & Alumen parte aliqua a Sulphure.

(a) STAHL. l. c. P. III. p. 162. BOERHAV. *Ei. Chym.* II. Proc. 183.

(b) HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1704. p. 47.

(c) BOYLE *ad Chym. Scept.* P. III. Sect. 3.

(d) F. HOFFMANN. l. c. l. 2. Obs. 9.

(e) MARHERR *de Adfin.* c. 4.

(f) STAHL. l. c. p. 351 — 355. JUSTI. *Chym. Schrift,* Tom. II. Abtheil. 3. n. 5.

§. 153.

USUS. Sulphur in operibus fusoriis est princeps instrumentum, quo liquatio cruda perficitur, mineræ refractariæ fluxiliores reduntur (*a*), ac purum Cuprum obtinetur. Idem tractarunt omni ævo chemici, sed vulgare omnes, hinc raro purum, venale enim Arsenico saepius inquinatum est, a quo tamen depuratur, sublimando id aliquoties cum Quarzo aut Argilla pura. Hepar ex

Sulphure & Alcali fixo parabile, quod omnia metalla solvit, excepto Zinco & Platina, nemini ignotum est (*b*).

(a) SCHLÜTTER. l. c. p. 302.

(b) V. *Diff. nostram de Sulphure in ANNO VI. hist. nat.*

§. 154.

Sulphur in sinu terræ metallicis corporibus unitum sæpius occurrit, & cum iis Pyritem & mineras nonnullas constituit. Hinc tamen separari denuo potest, & quidem ex Pyrite processu proprio jam descripto (*a*), ex mineris autem Plumbi & Cupri, dum cremantur (*b*). Sed nullo artificio Sulphur hinc omnino expelli potest, multoque minus in igne clauso, ob summam ejus adfinitatem cum Ferro (*c*) & Cupro. Hanc tamen separationem felicius absolvi, si minera in igne aperto per aliquot horas cremanda cum quarta parte sabuli puri misceatur, docuit Cl. SPIELMANNUS (*d*).

(a) LÖHNEIS *Bericht.* p. 80. RÖSLER *Bergbau Spiegel.* l. 6. c. 6. p. 155. SCHLÜTTER. l. c. c. 36. 37. LEOPOLD. *It. Svec.* p. 84 — 88.

(b) SCHLÜTTER. l. c. c. 2. §. 14. CANCRINUS. l. c. 8. *Stuck.* §. 31.

(c) SCHWED. ABHANDL. *Tom. XXVI.* p. 238.

(d) *Inst. Chym. Exp.* 75.

§. 155.

§. 155.

ORDO TERTIUS.

Metalla.

Hæc aulæ subterraneæ præcipua orna-
menta ab aliis distinguuntur pondere insi-
gni, nitore proprio (a) & Sale singulari cau-
stico, quod ex eorum unione cum acido
fossili nascitur.

Metallurgo nota esse debet horum genesis,
habitatio, schematismus, acquisitio,
præparatio, eliquatio; de quibus jam a-
gendum.

(a) Nitor metallicus a lapideo distinctissi-
mus.

§. 156.

Metallorum Genesis.

Crucem posuit chemicis metallogenesis a-
nalytice & syntetice omni ævo quaesita. Al-
chymistæ hic in primis desudarunt uno ore
docentes principia metallorum esse Sal, Sul-
phur, & Mercurium, confirmata demum a
BECKERO, STHALIO, aliisque. WALLERIUS (a)
excludit principium mercuriale, solamque
terram vitrescibilem cum inflammabili ad
constituenda metalla sufficere, nuper asse-
ruit.

ruit. Cum vero hoc demonstrari non pos-
sit, & quæ ego cum metallis hucusque in-
stitui experimenta certum me reddiderint,
terram illam, quæ firmam dat metallis ba-
sim, non esse vitrescibilem, ita arbitror,
eorum principia esse 1.) *terram specificam*,
2.) *salinum quid*, & 3.) *inflammabile prin-
cipium*.

(a) *Elem. metallurg.* Sect. 2. c. 1. p. 148.
149.

§. 157.

Terra, vitrescibilis hucusque dicta (a), est
alcalina, aluminosæ proxima (§. 101.), &
tunc demum vitrescens, cum ab acido solu-
ta, & cum eo intime conjuncta fuerit, cum
absque acido nulla solutio, ac vitrificatio
nulla possibilis sit.

Salinum, seu principium mercuriale, est
acidum volatile, rectificatum, muriatico
proximum, cum terreo principio intime
uniendum, nec ab eo unquam separabile.

Inflammabile est substantia tenuissima (b),
summe volatile, cum acido maxime adfi-
nis, aqua in rerum natura omnis motus,
color, metamorphosis, vita dependet.

Terra itaque concipiens, Sal fœcundans,
Phlogiston movens; ut in plantis germen
excipiens, anthera vivificans, ignis im-
pellens,

pellens, ea tamen differentia, quod planta sibi similem producat, metallum vero non item. Dein metallum unum ab alio sola partium constituentium proportione, ac forte & puritate diversum est, & si terra ubique salino, hoc vero inflamabile rite foret saturatum, ubique etiam idem esset nobile & perfectissimum metallum.

(a) BECKER. *Phys. subterrani.* l. I. Sect. 3. c. I. & *Suppl.* l. c. 6. p. 330. POTT. *de Sulpb. Metall.*

(b) BOERHAV. l. c. I. p. 87. POTT. *Abhandl. von Feuer und Lichte.*

§. 158.

Jam quæstio est, quid sit illud, quod principia hæc conjungit, sicque mineras & metalla constituit? Quorumdam opinio est ea a Deo suisse creata, & quidem in forma fluida, mutata demum in solidam, postquam aridæ fissuras ingressa sunt (a). Alii vero putant metalla non creata, sed produeta a vapore metallico (b) ab igne subterraneo elevato condensatoque, idque probant ex vaporibus exitiosis, qui in fôdinis occurruunt, ex vulcanis montium metalliferorum (c), & ex generatione minerarum a terræmotibus (d).



- (a) STAHL in *Program. de ortu venarum metallicarum.* DERHAM. *Theolog. Phys.* l. 3. c. 2. BERTRAND. *Essay sur les Montagn. c. 9.*
- (b) LIBAV. *Comment. metall.* l. 1. c. 5. p. 9. SALCHOW. *de separat Auri ab Argento.* §. 8. ZIMMERMANN. *Bergacademie. Untersuchung von der Eisenerde.* SCHWED. ABHANDL. Tom. II. Diff. 2. ALLGEMEINE GESCHICHTE DER WELT. Tom. II. Abhandl. 2. §. 2. LESSER. *Litholog.* l. 1. Sect. 1. c. 1. §. 12. JUSTI. *Chym. Schrift.* Tom. I. Abtheil. 6. p. 460. aliique plures.
- (c) LEHMANN. *de Mont.* §. 9.
- (d) LOMONOSOW. *Orat. de Generat. metall. &c.*

§. I 59.

Verumtamen haud excogitandum, sed videndum quid etiam hic natura faciat aut ferat. Dixi principia metallorum esse terram specificam, acidum humorem, & substantiam inflammabilem; terram ab acido solvi; huic adhærere phlogiston, & ex tribus hisce intime junctis constitui novum a singulare corpus. Præterea certum est unionem hanc sine igne, & aqua perfici minime posse, ille enim movet & excitat, hæc vero solutiones promovet, soluta dispergit, motus adjuvat atque sustentat. Quæ cum ita se habeant, necesse est omnino, metal-

la ac mineras ibidem generari, ubi montes & strata Telluris idoneam huic operi materiem, aptasque terras continent, quas metallorum matrices appellant mineralogi. Sed alia denuo est origo minerarum, nempe ex primariis (a) ætate dilapsis, aut ex sua sede dimotis a terræmotu, vulcanis, aquarum impetu, aliisque causis.

(a) AGRICOLA *de ortu subterrano*. l. 5. p. 519. HENKEL. *Pyritolog.* p. 337. J. G. HOFFMANN. l. c. LEHMANN. *von Metallmüttern.* 4. Abtheil. p. 249. & *von Flötzgebirge.* pag. 123. LIEBKNECHT. *Hass. subterrano.* Sect. 2. c. 7. §. 14. CANCINUS. l. c. 16. Stuck. §. 24. *Anmerkung.*

§. 160.

Habitatio.

Ubique terrarum metalla reperiri (a) Ferrum exemplo est. Ea tamen non in plana, sed montosa telluris superficie quæsi vere primævi etiam mortales, cum inde & diutius, & felicius eruantur. Cum itaque montes culturæ fodinarum faveant quam optime, ita antequam minerarum sedes explicentur, de eorum structura & differentiis quædam dicere visum est.

(a) HENCKEL. *Fl. Saturn.* c. 13. pag. 473. HIST. DE L'ACAD. DE BERLIN. Tom. IX p. 37.



§. 161.

Montes alii primarii, alii vero secundarii. Primarii antiquiores, denuo duplices, stratosi videlicet, & integerrimi. Hos absque ordine ex terris coagulatis, illos vero ex stratis parallelis, perpendicularibus, quandoque inversis, inclinatis, ex abyso elevatis (a), structura & directione diversis composuit rerum natura. Montes integerrimi constant Calce, Argilla, Arena, Granite; stratosi autem plerumque ex terris purioribus (§. 23.) simul commixtis. Præterea primarii uniformiter ædificati (b) catenam constituunt, quæ ab ortu solis, occasum versus, vel a meridionali plaga versus septentrionalem continua serie decurrit (c).

(a) LEHMANN. *von Flötzgebirg.* 3. Abtheil.
p. III.

(b) ZIMMERMANN. l. c. *Abhandl.* 4. p. 109.

(c) SILBERSCHLAG. *Theorie der Erde.* §. 125.
— 135.

§. 162.

Secundarii montes calcarii, argillosi, filicei, margacei, aut ex terris impuris vel metallicis coagmentati, minores, absque ordine ædificati, constant cumulis aut stratis dissimilibus variorum lapidum, quos a primariis divulsos, simulque commixtos disperse.

persere diluvia, vulcani, aut recedens oceanus post se reliquit.

§. 163.

In his (§. 161. 162.) metalla nidulantur, eorumque sedes legitimæ hucusque receptæ, sunt *Venæ*, *Fibræ*, *Cumuli*, ex quibus aliæ demum natæ, nempe *Strata*, *Fragmenta*, *Congeries*.

Vena est stratumi perpendicularare aut inclinatum, metalliferrum, hinc a reliquis distinctum lapide proprio, cuius caput alia pariter, & a cæteris stratis diversa terra constituit. Hujus inclinatio & directio imprimis observanda. Illa communis cum aliis stratis libella metitur, hæc vero determinatur compassu, seu magnetica pyxide in horas divisa. Quælibet vena suum pendens & jacens habet, ac illud quidem communiter (a) est stratum sterile eidem incumbens, hoc vero subjacens. De venarum metallicarum origine communis opinio est, eas olim vacuas fuisse fissuras, mineris postea via humida aut sicca repletas, cui earumdem venarum structura, situs, ac directio repugnat.

(a) Freibergensium jacens est pars illa vicinæ, quæ occasum, pendens vero,

que

quæ ortum solis respicit. Bericht. von
Bergbau. I. Abtheil §. 81.

§. 164.

Fibra, quam metallicolæ fissuram vocant, est parva vena, nunc angulum plus minus rectum cum majore constituens, nunc vero cum eadem parallele decurrentes, & mineras ditiores, ut plurimum continens (a). Hasce ab exsiccatione massæ molioris suam originem duxisse putat Cl. WALLERIUS (b). Mihi vero videtur idem illud terreum, quod majores venas constituit; minores etiam, & minimas efficere posse.

(a) CANCRINUS. l. c. 8. Stuck §. 24. Anmerk. 3.

(b) *Elem. metallurg.* Sect. I. c. 3. §. 25. n. 4. p. 93.

§. 165.

Cumulus, seu vena cumulata, est aliquo fossiliū genere cumulatus locus (a), aut mons integer metallica terra compositus, qualiter Ferrum spatosum in Stiria, ac aliud alibi reperitur. Ut ergo natura, aptam terram congregans, montes ipsos in substantiam metallicam mutare potuit, cur non poterit & strata Telluris, aut eorum partem aliquam?

(a)

(a) AGRICOLA *de re metall.* L. 3. p. 31.
WALLER. l. c. §. 21.

§. 166,

Ex his sedibus avulsæ mineræ produxerunt *Strata*, *Fragmenta*, *Congeries*.

Strata sunt sedimenta terrestria mineris mixta, & prope montes metalliferos (a) ab aquis deposita (b). Horum textura plerumque schistosa est, directio autem horizonti sæpius parallela, licet etiam flexuosa sit, & externæ montis figuræ correspondens (c).

Fragmenta sunt strata minerarum, quibus alia terrestria aut lapidea intermixta sunt (d).

Congeries vero vocantur mineræ comminutæ, aliisque terris immixtæ, nunc intra Tellurem (e), nunc vero ab aquis fluvialibus ad litora ejctæ.

(a) LEHMANN. l. c. p. 100. 105.

(b) ZIMMERMANN. l. c. *Abhandl.* 4. p. 109.

(c) CANCRINUS. l. c. 2. *Stück.* §. 23. 6. *Stück.* §. 7. & 13. *Stück.* §. 9.

(d) LEHMANN. l. c.

(e) SCHWED. ABHANDL. *Tom. I.* p. 242.

§. 167.

Schematismus (a).

Mc.



Metallica corpora in locis natalibus occurunt 1.) *nuda*, 2.) *larvata*, 3.) *mineralisata*; 4.) *calciformia*.

Nuda seu nativa metalla sunt illa, quæ ter-
ris aut mineris inhærent perfecta, &
absque ullo additamento inde extrahi
possunt. Sic reperitur omne Wismu-
thum & Platina, sæpius Aurum & Arse-
nicum, non raro Hydrargyrum, Argen-
tum & Cuprum.

(a) V. etiam *Dissert. de Schematibus Metal-
lorum.* in ANN. V. HIST. NAT.

§. 168.

Larvata ea voco, quæ mineris inhærent perfecta quidem, sed heterogeneis ita in-
voluta, ut nec ulla lavandi methodo, nul-
lo acido, nec amalgamationis beneficio,
ab iis valeant separari. Inpurum illud,
quod ita investit metallum, est Sulphur,
Arsenicum, & Acidum muriaticum. In
hoc statu occurrit Argentum, Hydrargy-
rum, & quandoque etiam Aurum.

§. 169.

Mineralisata ea dicimus, quæcumque,
expulso corpore mineralisante, non me-
tallum perfectum, sed calcem metallicam
post

post se relinquunt. Mineralisatio itaque est vera solutio metalli, aut terræ metallicæ, mediante Sulphure, quæ bina hæc corpora ita simul conjungit, ut Sulphur, dum a metallo separatur iterum, hujus partem inflammabilem secum abripiat, aut in ipso actu solutionis eam inde expellat. Ea itaque metalla quibus Sulphur principium inflammabile adimere non potest, mineralisationi minime obnoxia sunt, nempe Hydrargyrum, Zincum, Platina, Aurum, & Argentum; nec Sal, aut Bitumen mineralisatum ideo appellandum, cui terra quædam immixta est.

§. 170.

Terras metallicas a Sulphure solubiles, non qualescumque, sed eas unice dicimus, quæ eam principii inflammabilis copiam fovent, quam hæc solutio requirit. Ejusmodi calces & Sulphure solo docuit diligens STAHLIUS (*a*), ac sequens, ut alia ratiocinam, observatio confirmat. Calx Plumbi est Minium, Lithargyrium ac Spathum plumbiferum, nec tamen habitus ad Sulphur est omnium idem; Minium etenim a Sulphure facile solvitur, difficilius Lithargyrium, minime vero Plumbum calciforme nativum, idque ob inopiam inflammabilis in Calce nativa, quod ad solutionem hanc suf-



sufficiens inest Lithargyrio, & magis ad-huc Minio. Exceptionem itaque patitur Canon a WALLERIO stabilitus (*b*) — non *Calces metallicas*, sed *ipsa metallæ a Sulphure solvi.*

(*a*) *Fund. Chym.* P. III. p. 391.

(*b*) *Ellem. metallurg.* p. 171. §. 15.

§. 171.

Hinc patet metallica corpora ab Arsenico mineralisari nullo modo posse, ut mineralogi omnes hucusque putarunt. Cum enim ad mineralisationem requiratur solutio, ad hanc vero fluidum solvens, sequitur omnino, Arsenicum in igne minime liquabile, metallicas terras dissolvere, & cum iis mineram constituerem non posse. Quod Arsenicum hic agere potest, in eo unice consistit, quod se mineris ac metallis adsociet, a quibus iterum separari ab igne potest, absque eo, quod hisce vel minimam partem principii inflammabilis secum abripiat.

§. 172.

California metallica corpora, sunt terræ triplici modo natæ. Vel enim natura mercuriale principium cum terra basi conjunxit absque ea copia inflammabilis, quæ ad perfecti metalli genesim necessaria est (§. 157.) ; vel productum metallum, dum a Sul-

Sulphure aut acido solvitur, inflammabilem partem amisit; vel denique minera, dissipato Sulphure, solam terram metallicam post se reliquit. Schematismo huic obnoxium est Zincum, Ferrum, Cuprum, non raro & Plumbum, rarius Arsenicum.

§. 173.

Hinc discimus.

1. A metallis nudis separanda esse alia immixta metalla, nec alio labore his opus esse.
2. Larvata metalla unicum poscere additamentum, quod larvam detrahatur metallo perfecto
3. Mineralisata duplex exigere additamentum, unum nempe separans Sulphur, aliud vero reducens terram metallicam.
4. Calciformia indigere sola inflammabili reducente substantia.
5. Non omnia metalla in statu perfecto mineris inhærere.
6. Metallum unum ab alio mineralisari nullo modo posse, ut nec,
7. Terram a terra.
8. Metalla ab Alcali fixo (a) mineralisata esse omnino paradoxa.

(a) JUSTI. Chym. Schrift. I. 6. Abtbeil. n. 1.

§. 174.



§. 174.

Aquisitio.

Ut mineræ e terræ visceribus in lucem educantur, earum sedes denudare, inventas persequi & effodere oportet. Qui vero venas quærere ac detegere cupiunt, ii plurima observare debent (*a*), in primis vero quinam montes ideo eligendi; quæ fontium natura sit, an in eadem montium catena introducti olim cuniculi, inventa Muria (*b*); exposita Mica, Ferrum, Pyrites (*c*).

(*a*) *Metallicus antequam venam fodere incipiat, septem secum consideret, loci genus, habitum, aquam, viam, salubritatem, dominum, vicinum.* AGRICOLA de re metall. l. 2. p. 21.

(*b*) *Plura indicia latentium venarum.* V. apud AGRICOLAM. l. c. l. 5. p. 76. 80. CÆS. de Mineral. l. 1. c. 7. Sect. 3. ACT. ANGLIC. 1666. pag. 342. SCHWED. ABHANDL. Tom. II. p. 55 — 80. BAYER. Unterricht von Bergbau. P. 1. c. 9. BAYERISCH. ABHANDL. Tom. II. P. 2. p. 108.

§. 175.

Apertæ ac dimetitæ venæ fossio inchoatur puteo, seu fossa recta aut obliqua; vel cuniculo, seu fossa in longum acta; vel utroque

que simul, idque cuneo, igne, aut pulvere pyrio. Finis hujus laboris est inventam venam sequi, novas detegere, mineras educere, omniaque impedimenta e medio tollere, quæ fossoribus viam præcludere, aut periculosam reddere valent. Inter hæc præcipua sunt aquæ subterraneæ, & insalubris aer. Aquæ subdiales (*a*) in fundo putei collectæ educuntur cuniculis & machinis, quas *Belidor*, *Calvörius*, *Poda*, & alii descripserunt.

(*a*) CANCRINUS l. c. 16. Stuck. §. 44. Anmerkung. 2.

§. 176.

Noxius est aer, si immobilis factus, aut viroso halitu fuerit infectus. Aer immobilis ille est, qui ab externo fossis admisso minime motus & renovatus hæret alicubi, & mora hac elaterem illum amittit, quam libera fossorum respiratio requirit. Hic tamen non adeo insalubris est, ac ille, qui deleteriis vaporibus inquinatus operariis haud raro subitam mortem adfert. Exitialem hanc aeris temperiem causant vapores operariorum, lucernarum, lignorum putrescentium, pulveris pyrii (*a*), nec non arsenicales, atque sulphurei (*b*) in flamمام (*c*) & fulmen quandoque erumpentes. Eiusmodi graves halitus in fodinis



Lithantracum admodum familiares sunt
(d), & etiam arte parari possunt (e).

- (a) MAYER. *de Nitro aer.* p. 90. BERICHT.
VON BERGBAU DER FREYBERGISCHEN
ACADEMIE. 3. Abschnitt §. 308.
- (b) ACT. ANGLIC. 1663. HAMBURG. MAGAZ.
Tom. I. p. 275.
- (c) HAMBURG. MAGAZ. *Tom. III.* p. 286.
CANCRINUS l. c. 6. Stuck.
- (d) KRÜGER. *Geschichte der Erde* §. 78.
BAYERISCH. ABHANDL. *Tom. I.* P. 2.
p. 207.
- (e) F. HOFFMANN. l. c. L. 2. *Obs.* 12.

§. 177.

*Præparatio minerarum ad opera fusoria, ea-
rumque liquatio.*

Non ipsæ operationes hic explicantur ab aliis jam descriptæ, sed de earum theoria hic unice agitur, ac de regulis generabilibus circa illas observandis. Hunc in finem præcipuas chemicorum operaciones, quibus innititur Pyrotechnia metallurgica breviter attingam, aliis omissis, quæ ad eas facile reduci, iisque expositis intelligi facile possunt (a).

- (a) FREUND. *Præl. I.* ad *Operat. Chym.*

§. 178.

§. 178.

Calcinatio.

Si e corpore quolibet expellitur aliquid, eoque expulso friabilius evadit, tunc id ipsum calcinatum, hæc vero operatio a chemicis calcinatio vocatur (*a*). Volatile hinc expulsum est, aqua, aut substantia inflammabilis (*b*). Primo modo calcinantur terrestria, ac salina nonnulla, alio vero metalla.

(*a*) Præcipuos, qui de hac operatione, scripsierunt Autores enumerat HAMBURG. MAGAZIN. Tom. II. p. 375.

(*b*) Expulsionem hanc demonstrat Wismuthum ardens in igne, flamma a metallis colorata. SCHWED. ABHANDL. Tom. I. Abhandl. 5. ac phœnomena alia non pauca.

§. 179.

Operatio hæc perficitur 1.) igne, 2.) salino, 3.) utroque simul. Ignis est solaris aut vulgaris. Solaris sibi relictus pauca corpora in calcem vertit, at facillime Sal mirabile Glauberi; concentratum autem in foco speculi corpora omnia plus minus mutat, nec tamen omnia calcinat. Vulgaris ignis pro vario gradu (*a*) excitati caloris



calcinat lapidem calcarium, Salia multa, Stibium, Arsenicum, Zincum, ac metalla ignobilia, & quidem ea citius, quæ ante condescendentiam in igne fluunt, ut Stanum & Plumbum.

(a) V. BOERHAV. *El. Chym.* I. p. 206 — 208.

§. 180.

Solutiones Salium mediorum metalla quædam rodunt, calcinant. Salia alcalina pariter soluta in calcem mutant Stibium, Wismuthum, Arsenicum, Zincum, & ignobile metallum. Idem præstat Sulphur, nec non acida pura; metalla enim dicta, & inde præcipitata, non sunt amplius metalla, sed veræ calces. Olea pariter hic aliquid agunt, ob acidum quod secum ferunt.

§. 181.

Ignis una cum Salibus aut Sulphure calcinat illa metalla, quæ partem inflammabilem in acidis amittunt. Hoc modo obtinetur ex Cupro viride æris, ex Plumbo cerufa, & Aurum cæmentando ab aliis metallis depuratum. Cum itaque Hydrargyrum, Platina, Aurum, Argentum, nec ab Igne, nec a Salibus principio suo inflammabili spoliari queant, ita male prorsus hæc ipsa metalla

talla ex suis solventibus præcipitata, calces metallicæ a celeberrimis quoque Viris apel-latæ fuerunt.

§. 182.

Ad operationem hanc pertinet etiam us-tio minerarum, quæ non solum efficit, ut eæ facilius contundi ac felicius liquari pos-sint (*a*), sed & ut valor earum, dissipato Sulphure, Arsenico, aliisque tam metalli-cis, quam aqueis particulis, concentretur. Omnis itaque diligentia in hoc opere adhi-benda, ac probe attendendum est :

- 1) An minera ipsa, vel Lechum ab ea pro-ductum uri debeat.
- 2) Ut sensim, præsertim sub initium, hæc operatio instituatur, ne minera forti igne liquata confluat in massas debito modo difficulter postea ustulandas.
- 3) Ut igne æqualiter ubique diffuso omnia rite torreantur.
- 4) Ne & Sulphur fecuturis liquationibus necessarium dissipetur (*b*).
- 5) Ne urantur metalla calciformia. (§. 172.)
- 6) Ne ignis vehementia metalli jacturam augeat, & ei forte reducto partem inflamnabilem iterum adimat (*c*).

(a) HENCKEL. *Fl. Satura.* c. 10. pag. 411.
ZIMMERMANN. l. c. *Abhandl.* §. 9.

- (b) CANCRINUS. l. c. II. Stuck. §. 19. *Anmerck.*
 (c) SCHWED. ABHANDL. l. c. p. 231.

§. 183.

Reductio.

Quod calcinatio fossilibus abstulit, reducio restituit, nempe salibus aquam, metallis vero phlogiston. Sola Calx non redit in crudam priorem indolem, etsi redditum ei fuerit illud, quod amisit in igne. Sed nec calces metallicæ eam prorsus, ex qua natæ sunt, metalli copiam largiuntur; eæ enim inflammabili principio nimis exhaustæ, reduci nullo modo possunt (*a*); ut ideo non mirum sit, nunquam eam metalli quantitatem, quam docimastæ indicarunt, imo & longe minorem in officinis obtineri, cuius minera nimium ustulata, aut immodico igne liquata fuit.

- (a) TEYCHMAYER. l. c. P. II. c. 16. SCHWED.
 ABHANDL. Tom. I. p. 230.

§. 184.

Phlogiston reducendis metallis aptum animalibus ac plantis copiosius inhæret heterogeneis ecquidem mixtum, a quibus tamen in igne clauso fere penitus separari potest;

&

& in hac ipsa rectificatione consistit ars carbonaria hisce legibus in primis innixa.

1. Eligendum ad hoc opus est lignum querinum, faginum, aut abietinum, per annum integrum, nec ulterius, exsiccatum.
2. Hoc urendum in loco sicco, nec ventis exposito.
3. Ligna ita locare, tegere, ignemque sic oportet dirigere, ne justo fortior ea in cinerem vertat, aut suffocatus debito modo exurere nequeat.
4. Hunc in finem inserviunt spiracula debito tempore & loco facta.
5. Sed & periti carbonarii officium est mederi infortuniis hic forte natis.
6. Lignorum situ horizontali melioris notæ carbo obtinetur, quam perpendiculari (a).
7. Carbo rite paratus, levis est, superficie non asper, in igne nec fumum emittens, nec fuligine corpora obducens (b).

(a) Primo modo locata ligna Germani einen liegenden Müller. SCHWED. ABHANDL. Tom. XXII. p. 208. Secundo autem modo disposita, einen stehenden vocant. SCHAUPLATZ DER KÜNSTE &c. Tom. I. I. Abhandl.

(b) DICTION. DE CHYMIE. Art. Charbon.



§. 185.

Idem phlogiston inest & Salibus alcalinis, ac metallis ipsis, eoque calces quædam metallicæ reduci possunt. Demonstrant hoc suo fluxu (§. 111.) docimastæ, calx Plumbi solo alcali vegetable reducibilis, Cuprum perfectum ex solutione Vitrioli venerei aut ejusdem metalli in acido fossili, Ferro præcipitatum, atque Arsenicum calciforme a phlogisto Stanni (*a*) ut & calx Zinci a phlogisto Ferri in vase clauso reducta. Mihi certe nulla calx metallica hactenus innotuit, quæ sine reducente inflammabili materia restitui possit (*b*).

(*a*) MARGGRAF. *Chym. Schrift.* II. *Abhandl.* 7. §. 12.

(*b*) Ut ait Cl. WALLERIUS. *El. Metallurg.* p. 138.

§. 186.

Cum calces metallicæ phlogisto destitutæ reduci non possint (§. 183.), patet ratio, cur una facilius educatur ac alia. Unius Ferri admiranda proprietas est, excipiendi substantiam inflammabilem absque prævia liquatione, ut & momentanea reductio Cupri ab acidis calcinati via humida ope Ferri. Denique notandum ad metalla e calcibus nativis probe educenda, præter inflammabile,

bile, requiri saepius aliud additamentum, quod in igne fluens, heterogenea resolvere & metallicis particulis ab horum nexu divulsis libertatem dare valeat se se hinc separandi, quod sine hoc fluore contingere nullo modo posset.

§. 187. *Destillatio.*

Est illa operatio, qua volatilis substantia ab uno vase in aliud guttatum ab igne pellitur. Hæc habita ratione directionis expulsi fluidi, est usitata aut exsoleta, ac denuo ratione modi, quo absolvitur simplex aut composita. Usitata per adscensum largitur aquas, olea, spiritus, oleum Vitrioli, Sulphur, Hydrargyrum, Arsenicum Zincum, Wismuthum. Exsoleta per descensum (a), antiquis usitata pro excoquenda vena Argenti vivi (b) nunc etiam adhibetur pro depuranda minera Stibii a terris, quibus inhæret. Simplex absque additamento dat eadem producta, quæ prima; composita vero ope alterius additi corporis suppeditat acidum Muriæ, Nitri, spiritus Salis ammoniaci, aliaque.

(a) De hac meminit PLINIUS *Hist. Nat.* L. I. C. 98.

(b) AGRICOLA *de re metall.* L. 9. p. 344. 345.

§. 188.



§. 188.

Juxta pondus specificum corporis destillandi applicandus est varius gradus ignis, eligenda vasa, & horum commissuræ plus minus obturandæ. Hisce tamen haud obstantibus prima destillatio vix unquam sat pura producta præbet, repetenda ideo, ut sic acetum, spiritus vini, Nitri, Salis, ab aquoso superfluo; oleum vero Vitrioli & Sulphur ab immixtis fordibus depurentur.

§. 189.

Sublimatio.

Substantia volatilis in hac operatione non fluida redditur, sed in superiori parte vasis in forma sicca colligitur (a). Hac unica nota sublimatio a destillatione distinguitur, & ne hac quidem semper, cum Zincum modo hæreat in collo retortæ, modo vero in excipulum guttatim defluat, idemque Alcali volatile nunc in forma sicca, nunc vero humida appareat. Cæterum & hic gravitas specifica sublimandæ materiæ probe attendenda, ut in destillatione.

(a) *Sublimatio, siccii exhalabilis segregatio.*

I. M. HOFFMANN. *Laborat. Chym.* c. 12.

13. destillatio siccata TEICHMAYER. l. c.

P. H. c. 10.

§. 190.

Sublimatio producta quædam largitur, non nulla rectificat, alia decomponit. Corpora hinc producta sunt, Sal ammoniacum, Natrum volatile siccum, Sal Succini, Sulphur e mineris nonnullis expulsum, Cinnaberis, Mercurius sublimatus, Arsenicum. Rectificata sunt flores Salis ammoniaci, Sulphur, Cinnabaris. Decomposita vero sunt v. g. mineræ, e quibus sublimando separatur Arsenicum ope Sulphuris, & econtra, nec non Sulphur a regulo Stibii mediante Mercurio sublimato corrosivo.

§. 191.

Solutio.

Corpus illud, quod a fluida quadam substantia in tenuissimas partes divisum, & cum ea intime ac perfecte commixtum fuit, id a chemicis solutum appellatur. Solutio itaque duo corpora simul conjungit, nempe solidum cum fluido, qua nota distinguitur a miscella duorum, aut plurium fluidorum. Ex hac idea solutionis possunt menstrua ita dicta in duas classes dividi, quarum una continet illa, quæ fluida semper, alia vero quæ solus ignis fluida servat. Ad primam pertinet aqua, acidum Vitrioli, Nitri, Muriæ,

riæ, phosphori, formicarum, acidum vegetabile, olea, spiritus vini, & Hydrargyrum; ad secundam vero Salia nonnulla, Sulphur, Hepar Calcis & Sulphuris, nec non Plumbum, ac Wismuthum vitrificatum.

§. 192.

Aqua solvit Calcem, Salia, saponies, Hepar Sulphuris, Arsenicum (*a*), idque citius ac felicitius calida quam frigida, nec non pura quam inpura. Præterea huic crystalli lapideæ ac salinæ suam originem, nec non acida omnia vires suas unice debent. Eadem nullius Salis majorem copiam solvit quam Muriæ, nullius minorem quam Boracis. Majorem etiam quantitatem excipit Salis ammoniaci, quam Nitri, ac majorem denuo Vitrioli, Halotrichi, & Salis mirabilis, quam Aluminis (*b*).

(*a*) In aquæ ebullientis partibus 15. LUDOVIC. *Diss. de Arsenico.* 1729.

(*b*) Plura de his habet HIST. DE L'ACAD. DES SCIENC. 1722. p. 324. 1729. p. 320. & HIST. DE L'ACAD. DE BERLIN. *Tom. V.* p. 85.

§. 193.

Acidum Vitrioli (§. 95. 152.) solvit Natrum fixum, Calcem, terram

ram Aluminis, Natrum volatile, Zincum, Ferrum, Cuprum, Argentum, Stannum, Hydrargyrum, Stibium.

— Nitri (§. 109.) — Natrum minerale, vegetabile, & volatile, Calcem, Arsenicum (α), Zincum, Ferrum, Wismuthum, Cuprum, Plumbum, Hydrargyrum, Argentum.

— Muriæ (§. 115.) — Natrum minera-le & vegetabile, Calcem, Plumbi calcem, Stibium, Zincum, alia metalla, Natrum volatile, terram Aluminis.

— Aq. regiæ — Natrum, Calcem, Arsenicum, Stannum, Stibium, Zincum, Hydrargyrum, calcem Cupri e Vitriolo præcipitatam, Aurum, Platinam.

— Phosphori — Natrum, Zincum, Fer-rum, Arsenicum, calcem Cupri, Cuprum ipsum (β).

— Formicarum — Natrum, Zincum, Cu-prum (γ).

— Ve-



— Vegetable — Natrum, Zincum, Ferrum, Cuprum, Plumbum, Wismuthum.

- (a) Sed & hoc acidum expellit.
- (b) MARGGRAF. *Chym. Schrift.* 1. *Abhandl.*
2. p. 54. 55.
- (c) Idem. l. c. *Abhandl.* 20. §. 14.

§. 194.

Olea Solvunt Bitumina, alia corpora inflammabilia, calcem Plumbi.

Spiritus vini solvit Natrum volatile, Sal ammoniacum, Mercurium sublimatum corrosivum, Sal sedativum
(a) Bitumina.

Hydrargyrum — Plumbum, Stannum, Aurum, Argentum, Wismuthum, Zincum, Stibium, Cuprum, crocum Martis.

Natrum — Pinguia, Sulphur, Arsenicum, Stibium, Plumbum, calcem Zinci (b).

Sulphur — Natrum, Calcem (c), Ferrum, Cuprum, Stannum, Plumbum, Stibium, Argentum, Hydrargyrum, Arsenicum,

Hepar calcis — Terras refractarias.
— Sul-

— Sulphuris — Metalla omnia, excepto
Zinco (d).
Vitrum Plumbi & Wismuthi — Ignobilia
metalla.

- (a) *Diction des Chym.* I. p. 411.
- (b) MARGGRAF. l. c. *Abbandl.* 6.
- (c) VOGEL. l. c. §. 746.
- (d) Calx tamen non integre separat Sulphur a Ferro, nam Pyrites cum Calce fusus dat Lechum.

§. 195.

Acida partem inflammabilem auferunt Ferro, Cupro, Plumbo, Stanno, Zinco, Arsenico, Stibio.

— — — — aliqua parte tantum Wismutho.

— — — — intactam relinquunt Platino, Hydrargyro, Auro, Argento.

Sulphur partem inflammabilem aufert Ferro, Cupro, Stanno, Plumbo, Stibio, Wismutho.

— — — — non adimit Platino, Hydrargyro, Zinco, Auro, Argento.

Effervescentia, quam solutiones corporum plus minus excitant, provenit ab aere expulso



pulso (*a*); nam in vacuo adhuc magis effervescent (*b*), vehementius adhuc, quo levius est metallum (*c*).

(*a*) NOVA ACTA PETROPOLIT. Tom. I. p. 256.

(*b*) COMMENT. BONONIENS. Tom. II. p. 112.

(*c*) NOVA ACTA PETROPOLIT. l. c. p. 258.

§. 196.

Quo magis aucta est superficies corporis solvendi, eo citius etiam disolvitur (*a*); hinc laminatio, granulatio solutionem accelerat.

Inter solvens & solvendum similitudo aliqua partium componentium intercedere debet (*b*.).

Ignis solutiones promovet omnes.

Quædam corpora exigunt acida diluta, alia vero magis concentrata.

(*a*) TEICHMAYER. l. c. P. I. c. 4. n. 24.

(*b*) KADELPAH. *de exhal. Natur* XI. p. 34. SPIELMANN. l. c. §. 48.

§. 197.

Solutio largitur salia depurata, crystallisata, mediante aqua.
Scorias dum mineræ excoquuntur vitro metallico.

Le-

Lechum ex Pyrite (a) —
Sulphure solvente Fer-
rum & Cuprum.

Metallum nobile in cupel-
la — vitro Plumbi aut
Wismuthi solvente ter-
ras & alia metalla.

Amalgamata varia (b) —
Mercurio.

Aurum purum — Sul-
phure.

Argentum ab Auro se-
paratum — acido Nitri,
vel aquæ regiæ.

Butyrum Stibii & Arsenici
— acido Salis.

Vitrum — Natro
fixo, aut aliis terris.
Aliaque plurima.

(a) Seu medium quid inter scorias & me-
tallum. ORSCHAL. Oeuvers. Metallurg.
Sect. 2. §. 1.

(b) SPIELMANN. l. c. Exp. 17.

§. 198.

Præcipitatio.

Separatio soluti a solvente, eaque modo
spontanea, modo vero coacta. Prima abs-
que ullo additamento perficitur, secunda

K

autem



autem nonnisi addito alio corpore absolvi potest (a).

(a) FREUND. *Operat. Chym. Præl.* 8. VOGEL. l. c. §. 759. 700.

§. 199.

Præcipitatio spontanea duplex est, nempe physica & chemica. Illa separat soluta corpora absque ulla alteratione fluidi cui immersa fuerunt; hæc vero id operatur diminuto volumine, aut consumta parte solventis humoris. Primo modo secedunt particulæ metallicæ a mineris liquatis, alio autem separantur Salia tam terrea quam metallica, liquore cui innatant vel à frigore condensato, vel parte ejus aliqua ab igne dissipata. Verumtamen ut Salium solutiones heterogeneis inquinatae ea longe difficilius a se dimitunt; quam puræ (a), sic & particulæ metallicæ minus feliciter ab aliis secedunt, si mineræ non debito modo, aut incongruis additamentis liquatæ fuerint.

(a) HIÆRNE. *Tent. Chym.* I. p. 5.

§. 200.

Præcipitatio coacta fit iterum dupli modo; vel enim præcipitans cum soluto conjugitur, vel cum solvente. In primo casu augetur gravitas specifica solutæ substantiæ, in

in secundo autem fit nova solutio (a). En exempla : solvitur Argentum in acido Nitri, solutioni affunditur acidum Salis, & sic absque ulla effervescentia appareat coagulum quoddam album, quod in fundo vitri sensim colligitur. Quæ ratio processus? Acidum Muriæ Argento magis ad fine, huic jungitur, sicque ejusdem pondus specificum auget, ut eosque sustentari a liquido amplius non possit. Econtra vero si metallicæ solutioni affundas alcali fixum, donec liquor non amplius effervescat, tunc solutum evolvitur & præcipitatur ; cum acidum ab alkalino saturatum protinus dimittat solutum corpus. Similiter Cuprum cum minera Plumbi fusum deserit nobile metallum, dum Cuprum a Sulphure Galenæ mineralisatum, extrahit Aurum & Argentum reducto Plumbo.

(a) F. HOFFMANN. *Obs. Chym. l. 2. Obs. 8.*

§. 201.

Hisce (§. 183 — 200.) edoctus facile respondere poterit ad hæc quæsita.

1. Cur docimastæ utantur Salibus (§. 185.) & Plumbo (§. 194. 197.).
2. Cur Aurum nullam in igne jacturam patiatur (§. 181. 195.).
3. Quid carbo efficiat in liquationibus mineralium (§. 184.).



4. Cur solus ignis separet a Plumbo Argentum & Aurum (§. 179.).
5. Quid efficiat tam insignem sæpe jacturam metallorum quorumdam dum uruntur & liquantur (§. 182. 186.).
6. Qua de causa cavendum sit ab igne justo fortiori in reducendis metallis ignobilibus, ac in primis Stanno & Plumbo (*a*) (§. 179.).
7. Cur omnia illa, quæ acidum fovent, minerarum fusionem accellerent (*b*) (§. 194.).
8. Cur separatio metalli a scoriis non semper bene succedat (§. 199.).
9. Quid sit liquatio cruda (§. 197.).
10. Cur scientia adfinitatis corporum metallурgo necessaria (193. 194. 200.).
11. Quæ præcipua sint Halotechniæ fundamenta (§. 192. 199.).
12. Quam inefficax & sæpe noxia sit empirica liquatio minerarum.

(a) *Ad venas, quæ cito calefiunt, & liquefcunt, opus est humili foco, fistula, quæ parum declivis sit posita, flatu folium leni.* AGRICOLA. *de re metall.* l. 9. p. 309.

(b) *Cum & ipsum Argentum cum minera Stibii fusum, facilius liquefcat.* HIST. DE L'ACAD. DES SCIENC. 1707. p. 238.

§. 202.

ORDO PRIMUS.

Metalla inductilia.

Genus XXX. HYDRARGYRUM.

DIAGNOSIS. **M**etallum fluidum, solo Auro & Platino levius, in igne volatile absque jactura sui principii inflammabilis (a).

(a) PHILOSOPH. TRANSACT. 1733. p. 207.
1736. p. 214. HIST. DE L' ACAD. DES
SCIENC. 1734. II. p. 739. NOVA ACTA
PETROPOLIT. Tom. IX. p. 381.

§. 203.

SPECIES I. *H. Nudum.*

WALLER. Sp. 219. LINN. pag. 119. n. I.
. WOLTERSDORF. Cl. V. O. I. Gen. A.
Sp. I. CRONSTEDT. §. 217.

Variis terris inhæret, at in fodinis Idriensibus plerumque bolari.

2. *H. Larvatum.*

WALLER. Sp. 200. LINN. I. c. n. 2. GRO-
NOV. Sup. p. 29. JUSTI. §. 145. VO-
GEL. p. 514. §. 91.



Est Cinnabaris diversimode occurrens, nempe pura, inpura, pulverulenta, solida, superficialis, granulata, crystallifata, striata (a).

(a) CRONSTEDT. §. 216.

§. 204.

A N A L Y S I S. Cinnabaris est Hydrargyrum Sulphure larvatum, ut ejus analysis & syntesis chemica docet. Pyrites, Aurum, Argentum, aliaque ei forte immixta corpora, non propria sunt, sed adventitia. Uncia una Cinnabaris ejus inpuræ, quam Idrienes ex colore Lebererz appellant (a), dedit Mercurii drachmas quatuor & grana novem, Sulphuris drachmam & grana quadraginta duo, terræ griseæ insolubilis drachmam unam & grana decem, terræ alterius in acido Vitrioli soluble grana quinquaginta, reliquum fuit parum aquæ & inflammabile quid, quod junctum acido vitriolico sulphureum spargit odorem.

(a) *Argenti vivi dives minera, iecoris colore.* GESN. de Lapid. Tit. 15. pag. 65. *Ein schweres, braunes Quecksilbererz.* RICHTER. Mus. P. II. Sect. I. c. 2. Gen. 2. Hæc ipsa non raro Hydrargyri libras septuaginta ex centenario largitur.

§. 205.

§. 205.

usus. **H**ydrargyro utuntur, qui Aurum nudum separant a terris & mineris, qui vas a deaurare aut argentare volunt, nec non qui specula, Cinnabarinum ac barometra & thermometra conficiunt. Chemia pharmaceutica cum eo parat Mercurium sublimatum corrosivum & dulcem, æthiopem mineralem, turpetum, & Mercurium præcipitatum album ac rubrum.

§. 206.

Metallum hoc separatur a terris & Sulphure lavando ac destillando. Lavandi ratio hic singularis est, nempe area inversa, seu ita locata, ut caput ejus infimum, finis autem supremum locum obtineat, sicque Rutrum contrario modo ac in aliis areis mineralam protrudat & moveat. Hoc ideo fit, ut Hydrargyrum ex hoc plano inclinato defluere, & a mineris agitatis eo facilius separari possit. Cum vero Hydrargyri pars aliqua Sulphure involuta sit, nec id etiam, quod nudum, hac lavandi methodo penitus educatur, sic destillatio instituenda est, & quidem 1) per descensum (a) duabus ollis, 2) per adscensum, eo modo, quo Sulphur ex Pyrite excoquitur, vel 3) proprio appara-



tu retortæ simili , cujus fornax ventrem ,
aluduli collum , camera vero & receptacu-
la excipulum referunt (*b*).

(a) ERKER. *Aul. subterrani.* p. 173. FALLOP.
de Metall. c. 37.

(b) MACQUER. *Chymie.* P. I. p. 277.

§. 207.

Prima methodus antiqua (§. 187.), nec amplius usitata (*a*), inutiliter ligna consumit , sylvas incendiis exponit , jacturam metalli inevitabilem reddit , id ipsum e mineralis non integere evolvit , nec eam adfert utilitatem , ac alia methodus , quæ multo majorem , eodem tempore , eademque lignorum copia Hydrargyri quantitatem largitur.

(a) Processus hujus rudera in sylvis Idriensis etiamnum existant.

§. 208.

Secunda constitit in fornace oblonga , quadrata , cujus latera undique emittunt vasa ferrea cylindrica , in duas series disposita ; in quibus minera Calce mixta reponitur . His adponitur vas terreum vitreatum & aqua semiplenum , ac rimis omnibus luto probe obturatis admovetur ignis , sicque Hydrargyrum in recipientia vasa , eodem mo-

modo, ut ex retorta vitrea propellitur. Methodus hæc olim Idriæ usitata (a) nunc exsolevit, cum vasæ ferrea & pretiosa forent, & a mineris pyritosis corrosa fuerint, non sine ingenti damno summi Principis, & eorum hominum, quorum curæ hæc fornax committebatur.

(a) BROWN. in *Act. Anglic.* 1669. p. 356.

§. 209.

Tertia, quæ in *Actis Academicis Regiæ Parisinæ* descripta, & iconibus illustrata reperitur (a), multo majorem eodem tempore Hydrargyri copiam largitur, & exigit.

1. Ut in furno prius lapides calcario-argilloſi, dein minera ſolida, denique con-tufa una cum fuligine Hydrargyrum fo-vente ponatur.
2. Ut Hydrargyrum prius, quantum li-cep, ſeparetur a dicta fuligine, quæ in aludulis, & camera durante destilla-tione colligitur.
3. Ut Aluduli invicem luto probe con-juncti ſint, ne in ipsa operatione data porta fugiat volatile metallum.
4. Ut vasæ illæ, quibus Hydrargyrum tenaciter adhæret, difracta igni denuo committantur.
5. Ut collectum in receptaculis Hydrar-gyrum,



gyrum, coriaceis fassis rite includatur.
Denique ut caput mortuum e furno eru-
tum eliminetur ex officina.

(a) A. 1719. p. 461.—476. Tab. II.

§. 210.

Genus XXXI. STIBIUM. (a).

DIAGNOSIS. Metallum fibrosum, mutan-
dum in calcem griseam, quæ vitrum fu-
sco-rubens (b) largitur.

(a) Ita dictum a CELSO, PLINIO, MARCELLO,
AGRICOLA & aliis, ex græca voce *Stim-
mi* & *Stibi* DIOSCORIDIS. Arabes voca-
bant *Aitruad*, & *Achman*, vel *Achi-
man*, unde chemistæ & seplasarii de-
duxere *Achmodium* & alii ab hac voce
Antimonium. Fallop. *de metall.* c. 29.

(b) Calx cum acido Nitri facta dat vitrum
luteum, pellucidum D' ARCIER. *sur l'
action de Feu egal.* p. 78.

§. 211.

SPECIES I. S. nudum ?

WALLER. *Sp.* 237. LINN. p. 123. n. 1.

CRONSTEDT. §. 231. CARTHÉÜSER
MINERALOG. 59.

Stibium nativum ex observatis SCHWABII.

(a) adduxerunt mineralogi, sed negant

Cl.

Cl. viri LEHMANNUS (*b*) JUSTI, (*c*) & VOGLIUS (*d*). Ego credam cum videro.

2. S. mineralisatum.

LEHMANN §. 88. CRONSTEDT §. 232. VOGEL.
l. c. §. 82.

- (*a*) SCHWED. ABHANDL. Tom. p. 100.
- (*b*) Mineralog. §. 88.
- (*c*) §. 150.
- (*d*) p. 495.

§. 212.

Varietates a) Colore chalybeo.

α] crystallisatum.

WALLER. Sp. 241. VALENTIN Mus. Mus.
Tom. II. p. 73. LINN. l. c. n. 2.
RICHTER, Mus. Tom. II. Sect. I. c.
I. G. I. etsi dicat nativum, CRON-
STEDT. §. 232. 4.

Hungaricum Cremnizense constat crystal-
lis nitidis, levigatis, prismaticis, aciculi-
formibus, aggregatis, nunc sparsis, nunc
in uno centro convenientibus, sed ad api-
cem perpetuo liberis. Tale stibium acicu-
lis crystallos rhomboidales ponderosas al-
bas terebrantibus repertum fuit nuper in
Felsöbanyæ fodinis Hungariçis.

β] Striatum.

WALLER. Sp. 238. LINN. l. c. n. 3. Mus.
Tessin. p. 52. CRONSTEDT. l. c. 1. 2.
VOGEL. p. 496. β.

Fibris ubique coalitis, minime rarum,

γ] *Squamofum.*

WALLER. l. c. n. 4. GRONOVI. Sup. p. 29.
JUSTI. §. 152.

Compositum videtur ex squamis ac lamel-
lis nitidis, quod erutum fuit ex *M.*
Trojano ducatus *Carnioliae.*

δ] *granosum.*

WALLER. Sp. 240. GRONOVI. l. c. 5. CRON-
STEDT. l. c. 3.

Galenæ tessulis minimis simile, Hungari-
cum.

ε] *capillare.*

Repertum nuper in *Folsobanyæ* fodinis, in-
hærens crystallis quarzosis, utrinque
acuminatis, ac interdum & Stibio cry-
stallisato, unde efflorescit adinstar capil-
lorum biuncialium & triuncialium, qui-
bus color atro-fuscus. Hi cum Mer-
curio sublimato corrosivo dant Butyrum
Antimonii, quod Sulphure mixtum de-
nuo mutatur in mineram, ac præterea
dat sublimatum micaceum pulverulentum
nigrum in igne ardens flamma cœrulea.

Idem exstat variis ludens coloribus.

Ochra *Stibigo* LINN. huic proxima.

§. 213.

b) *Colore rubro.*

EPHEM. NAT. CURIOS. Vol. IV. Obs. 144.
 WALLER. Sp. 242. RICHTER. I. C. LINN.
 p. 124. CRONSTEDT. §. 233. VOGEL,
 I. C. γ.

Freybergæ in cuniculo *Gnade Gottes* inventum ajunt. E fodinis etiam Hungaricis olim erutum affirmant plures.

Quale est *Stibium album* LIBAVII ? (a).

(a) *Syntagm. L. 7. c. 22.*

§. 214.

ANALYSIS. Unum hoc metallum, ut & *Cinnabaris*, una cum *Sulphure mineralisato* divenditur, postquam destillatione exfoleta (§. 187.) a terris, quibus inhæret, separatum fuit (a). Sed hac analysi non contentus chemicus, aliam instituit, ut regulum nudum obtineat, & quidem dupli modo, calcinatione videlicet, aut additione alterius corporis. Calcinatio lenta omne *Sulphur* expellit, & cum eo etiam inflammabilem metalli partem, reliqua calce grisea, quæ dein reducta eam reguli puri copiam largitur (b), quam ope metallici, aut alcalini additamenti nemo hacte-



hactenus obtinuit (c). Hæc ipsa analy-
sis etiam cum Mercurio sublimato corro-
sivo institui potest (§. 190.); sic enim aci-
dum muriaticum solvit partem regulinam,
cum hac Butyrum constituit, quod cum
alcalinis rite tractatum dimittit calcem
metallicam phlogisto reducendam, aut ad-
dito Sulphure in mineram denuo mutan-
dam.

- (a) IMPERAT. *Hist Nat.* L. 15. c. 13.
- (b) NEÜMANN. *Lect. Chym. de Antimon.*
p. 370. *HIST. DE L' ACAD. DE BERLIN.*
Tom. XIV. p. 4.
- (c) Ex libra una mineræ quatuor uncias
obtinuit F. HOFFMANN. *Obj. Phys. Chym.*
L. 3. *Obs. 2.* sed tertiam fere partem
sic mutari posse in regulum, ait SPIEL-
MANNUS l. c. *Exp. 116.*

§. 215.

Quomodo Aurum ope mineræ Stibii ab
immixtis metallis depurandum sit, docent
passim docimastæ. Metallum hoc esse asyl-
lum ignorantiae ingenuus LEHMANNUS probe
notavit, dum errores in operibus fusoriis
commissti hujus præsentiae ac rapaci ingenio
tribuuntur, etsi minetæ eo penitus desti-
tutæ sint, & ideo male excoquantur, quia
rerum harum cura iis saepe concreditur qui
id agunt unice, quæ egerunt alii, chimi-
ca vero nunquam didicere.

§. 216.

Genus XXV. ARSENICUM.

DIAGNOSIS. Cum metallis miscetur, eorumque ductilitatem & colorem vitiat. Dat calcem albam, phlogisto reducibilem. Notas metalli possidet (§. 155.). Odore fumi alliaceo, & vi deleteria Stibio proxime accedit.

Caracter hic metallum indicat (*a*) nec convenit salibus (*b*), aut ullo Bitumini (*c*). Nemo dixerit notas characteristicas artificiales naturalibus præstantiores, vel redibit in antiquum chaos scientia naturæ.

(*a*) SCHWED. ABHANDL. *Tom. VI.* pag. 28.
WALLER. *Gen. 41.* WOLTERSDORF. Cl.
V. *Gen. D.* CRONSTEDT. §. 238.

(*b*) Quibus adjunxit LEHMANN. §. 46. VO-
GEL. p. 292. LANG. *Mineralog.* p. 58.

(*c*) Quale & Arsenicum esse statuit LINN.
p. 117.

§. 217.

SPECIES I. A. nudum.

WALLER. *Sp. 221.* LINN. l. c. n. i. 2. WOL-
TERSDORF. l. c. *Sp. 1.* CRONSTEDT. §.
239. VOGEL. p. 293. i.

Inhaeret Cobalto testaceo, Pyriti, aliisque



que mineris. Hoc ipsum crystallinum ab aliis visum est, sed an hoc vere nudum sit, cum tale quid nondum viderim, affirmare non possum.

2. A. mineralisatum.

WALLER. Sp. 224. LINN. l. c. n. 4. CRONSTEDT. §. 241. WOLTERSDORF. l. c. Sp. 3. 4. JUSTI. §. 178.

Hoc est Auripigmentum, & Sulphur rubrum.

3. A. calciforme.

CRONSTEDT. §. 240.

Pulverulentum (a) & album mineris Zinci nonnullis, nec non Arsenico albicanti Linnæi, in hoc statu inhærere docent nonnulli, sed hoc concesso, naturalia metalli hujus schemata nemo unquam determinabit.

(a) BERTRAND. *Diction. des Fossil.* p. 56.

§. 218.

ANALYSIS. Principia Arsenici constitutiva etiamnum ignoramus, etsi ab acido, ac forte muriatico, genitum, non solum aliena (a), sed & propria experimenta demonstrare videantur. Auripigmentum nec decima quarta vice omnino sublimatum fuit,

fuit, sed ejus pars aliqua fixa remansit in fundo retortæ. Hydrargyrum a sublimata portione non separat omne Sulphur, & substantia quædam rubra compacta restat in fundo vitri. Hæc denuo triturata cum Hydrargo, cum hoc avide unitur in Amalgama, miro sane spectaculo.

(a) LOMONOSOW. *de Metall. ex Terræmotu.*
p. 24. *HIST. DE L' ACAD. DE BERLIN.*
Tom. IX. p. 38. JUSTI. Chym. Schrift.
II. Abhandl. I. §. 9.

§. 219.

USUS. Ad metallorum (a), & exitialium in fodinis occurrentium vaporum (§. 176.) genesis (b) Arsenicum etiam concurrere docent nonnulli. Id ipsum facilius cum Ferro, Cupro & Stanno miscetur, ac mineras quasdam ingreditur, eaque unione iis aliis colorem non raro tribuit. In docimatico examine lapidum ferriferorum Arsenici usum commendavi (c), nec etiam nunc contemno, et si fragile Ferrum largiatur.

- (a) *HIST. DE L' ACAD. DE BERLIN. Tom. IX.*
pag. 27. *ALLGEMEINE GESCHICHTE DER*
WELT. Tom. II. p. 861.
- (b) STAHL. *Fund. Chym. P. I. Sect. I. M. 4.*
Art. 2. §. 7. 8. HAMBURG. MAGAZIN.
Tom. XVI. p. 618. 619.
- (c) *Einleitung. p. 130.*



§. 220.

Arsenicum ex mineris Cobalti, dum uruntur, copiose expellitur, excipiturque camino horizontali (*a*) in angulos curvato. Cum vero in pulverulento hoc statu haud facile divendi queat, sic igni denuo traditur & sublimatur (*b*), ut solidam massam constituant.

(*a*) ZIMMERMANN. l. c. *Abhandl.* 10. §. 7.
LEHMANN. *Cadmiolog.* I. 4. *Abschnitt.*
p. 56. *Tab.* 3.

(*b*) RÖSLER. l. c. p. 158.

§. 221.

Genus XXXIII. WISMUTUM.

DIAGNOSIS. **A**lbidum, laminosum, fusilius cæteris (*a*). *

Non amittens in acido Nitri omnem partem inflammabilem.

Gravius Zinco (*b*), & fidissimus Cobalti socius (*c*).

(*a*) BROMEL. *Mineralog. Svec.* c. 10. §. 3.
SPIELMANN. *Inst. Chym.* §. 67.

(*b*) Ad aquam se habet ut 9700. ad 1000.
CRONSTEDT. §. 219. 3. 9700. 10000.
ad 1000. WALLER. *Gen.* 44. 3.

(*c*) *Wismuthum nascitur in vena arsenicali.* LIBAV. *Comment. metall.* l. 1. c. 10.
p. 40.

§. 222.

§. 222.

SPECIES W. *nudum.*

WALLER, *Sp.* 243. LINN. *p.* 128. n. 1. WOLTERSDÖRF. *Cl. V. Gen. C.* CRONSTEDT.
§. 220. VOGEL. *p.* 491. *§. 78.*

Nullus est mineralogus, qui Wismutum mineralisatum non admittat, in eo tamen incongruo & lato sensu, sub quo mineralisatio hucusque proposita fuit. Cum vero metallum hoc absque immediato contactu substantiae igneae mox effluat e mineris, quibus inhæret (*a*), sic videtur probabilius, id ipsum non mineralisatum nec calciforme, sed nudum semper existere.

(a) MATHESIUS *Predig.* 9. *p.* 141. STAHL.
Metallurg. Pyrotech. Sect. I. c. 3. n. 38.
 IMPERAT. *Hist. Nat.* I. 18. c. 19. SCHWED.
 ABHANDL. *Tom. I. pag. 90.* SCHLÜTTER.
Probierbuch. c. 16. §. 2.

§. 223.

ANALYSIS. Wismutum non est species Stanini constans Sale metallico, Sulphure crassiore, Mercurio, Arsenico, & pauca terra (*a*), sed proprium metallum, quod AGRICOLA (*b*) Plumbum cinereum appellavit. Ejus vitrum depurat in cupella Aurum, &

Argentum, ut vitrum Plumbi (*c*). Centenarius Wismuti ex acido Nitri cum aqua præcipitatus, dedit mihi quadraginta septem grana metalli perfecti absque ullo additamento reducentis substantiæ. Sulphur cum Wismuto ejusque calce constituit mineram nitidam, striatam, antimoniali similem, eodemque tempore sublimatum chalybei coloris constans aciculis tenuissimis, quale etiam dat regulus Stibii cum Sulphure sublimatus. Wismutum Cobalto mixtum dat vitrum cæruleum, purum vero non item (*d*). Idem cum Borace fusum ductilitatem aliquam obtinet, & depuratur.

(*a*) HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1712.

p. 55.

(*b*) *De Re metall.* l. 9. p. 349.

(*c*) JUSTI. *Chym. Schrift.* I. *Abhandl.* 1. p. 16. WALLER. *Metallurg.* p. 145.

(*d*) BRAND. *Act. Svec.* 1735. p. 3.

§. 224.

usus. Metallum hoc Argenti mineras indicat, hinc sæpius argentiferum est (*a*). Dantur tamen Argenti venæ sine Wismuto (*b*), quales sunt Hungaricæ (*c*), & aliæ plures. Id ipsum ex mineris facile & diversimode educitur, nempe eodem modo, quo minera Stibii depuratur (§. 214.), nec non cum duabus partibus fluxus crudi in igne folli-

follibus animato (*d*), simplici minerarum ustulatione (*e*), aut fornace propria, quam descripsit & pinxit diligens CANCRINUS (*f*).

- (a) Ut opus non sit mutari in Argentum prout censer ALBINUS Bergcronicke. Tit. 16. p. 133.
- (b) HENKEL. Fl. Saturn. c. 5. p. 208.
- (c) Nec verum est Wismutum repertum fuisse secundum Annales Uratslavien-ses in Hungaria apud Pugganz. POTT. de Wismuto.
- (d) CRAMER. Probierkunst. 73. Process. SCHLÜTTER. l. c. §. 1.
- (e) WALLER. l. c. p. 386.
- (f) L. c. 16. Stuck. §. 95. Tab. II. fig. 69.

§. 225.

ORDO SECUNDUS.

Metalla ductilia.

Genus. XXXIV. ZINCUM (*a*).

DIAGNOSIS. Cuprum fusum flavo colore tingit.

Sublimatur in forma metallica.

In igne solvitur in favillam byssinam (*b*) cum flamma luteo-viridi (*c*).

- (a) Malleabilius Ferro crudo. BRAND. l. c. II. 1735. p. 6. Veteribus ignotum, & primum a SCHREDERO Marchasita palli-



da dictum. HIST. DE L' ACAD. DES SCI-
ENC. 1735. I. p. 7.

- (b) De hac meminit etiam DIOSCORIDES. l.
5. c. 85.
- (c) HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. I. c. pag.
23. NEUES HAMBURG. MAGAZ. Tom. I.
p. 250. POTT. de Zinc. p. 14.

§. 226.

SPECIES I. Z. *Calciforme.*

Sulphur nullo modo solvit Zincum (a) aut ejus calcem ; hinc minera Zinci nulla possibilis. Qui vero nudum dari credunt, docent modum, quo absque ullo additamento e mineris educi queat, ut Wismutum.

Varietates a) *Lapis calaminaris.*

FALLOP. de Metall. c. 12. Calamina. WALLER. Sp. 248. LINN. pag. 126. n. 5. WOLTERSDORF. Cl. V. G. B. Sp. 2. GRONOV. Sup. p. 31. n. 13. 15. CRONSTEDT. §. 228. 2.

Opacus, Bolo similis, in ducatu Carinthia copiosus, non procul a Galena plerumque degens.

b) *Pseudogalena* (b).

WALLER. Sp. 249. LINN. I. c. n. 6. CRONSTEDT. §. 230. POTT. de Pseudogal.

Semi-

Semipellucida, laminosa, piciformis, phosphorea (c) multicolor, saepius tamen fusco-flava, amorpha & crystallina: crystallis subrotundis, polyedris.

Terra haec metallica inest & Vitriolo albo (§. 95.) ac nonnullis Plumbi & Cupri mineris.

(a) BAYERISCH. ABHANDL. Tom. II. P. 2. p. 258. HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1743. I. p. 93. MARHERR. de Adfinit. p. 132.

(b) Videtur haec Plumbago MATHESSI. Predig. 9. p. 142.

(c) NEUES HAMBURG. MAGAZIN. I. c. p. 256.

§. 227.

ANALYSIS. **L**apis calaminaris non est minera Ferri (a), non terra arsenicalis (b), nec Pseudogalena dilapsa (c), sed Calx Zinci inhærens Argillæ aut Bolo martiali. Pseudogalena Hungarica constat terra ferrifera sulphurata, metallica Zinci, nec non alcalina & vitrescibili. Huic simile quid obtinui ex Lecho mineræ Cupri flavæ fuso cum scoriis crudæ liquationis, vitro, alcali vegetabile, & Lithargyrio. Solutioni Pseudogalenæ in spiritu Nitri & aqua regia supernatat substantia quædam fusco-grisea, quæ in igne ardet & olet ut Sulphur (d).

(a) BAUMER. Mineralog. P. I. p. 450.

L. 4

(b)



- (b) HIST. DE L' ACAD. DE BERLIN. Tom. IX.
p. 42.
- (c) NEUES HAMBURG. MAGAZIN. l. c. p. 252.
- (d) Idem observavit. POTT. in *Diss. de Pseudogal.*

§. 228.

usus. Calcem Zinci addito inflammabili haudquaquam reducibilem dixit HELLOT (a), sed contrarium demonstravit Cl. MARCGRAFIUS, qui ex lapide calaminari, Pseudogalenä tosta, Cadmia fornacum, minera galenica Goslariensi, & terra Vitrioli albi, perfectum Zincum, in igne valido, addito carbonum polline obtinuit. Hanc ipsam reductionem cum liñatura Ferri ex lapide Calaminari Carinthiæ feliciter institui in retorta ex Molybdæna Cellensi facta. Calaminares nostri hac methodo tractati dant ex Centen. Zinci libras fere triginta, Pseudogalenä vero Hungarica exiguum sane copiam, imo & quandoque solam favillam lanæ similem in collo retortæ.

- (a) HIST. DE L' ACAD. DE BERLIN. Tom. II.
p. 51 — 54.

§. 229.

Notissimum Orichalcum ex Cupro, terra Zinci, & Carbone parabile. Hoc modo, apud nos, ex centenario Cupri obtainentur Ori-

Orichalci libræ 140. & 150. Hunc in finem Calaminaris non crudus sed ustulatus adhibetur, licet torrefactio hæc minus necessaria sit (§. 182. 5.) imo & saepe noxia. Verum tamen non omne Cuprum, nec quælibet Cadmia fossilis huic operi idonea est. In primis vero nocet Plumbum (a) Cupro, ac Ferrum Cadmiae mixtum. Hinc Plumbum probe eliquandum, Ferrum vero separandum ustulatione lapidis, calaminaris. Hoc enim modo Zinci calx volatilis facta, exceptaque, ut Arsenicum, camino horizontali, pura colligi, & utiliter adhiberi potest.

(a) AGRICOLA *de. Nat. Fossil.* l. 9.

§. 230.

Quomodo in inferiore *Hercynia*, in fusonibus minerarum Plumbi & Cupri, quibus Zincum inhæret, ope sellæ lapideæ in anteriori pariete fornacis, in eadem altitudine cum fistula collocatae excipiatur, docent SCHLÜTER (a) & CANCRINUS (b). Durante hac operatione oritur Cadmia fornacum (c) Orichalcum rude, & tormentorum bellicorum fusioni inserviens, conficitur.

(a) *Hüttenwerke.* C. 40.

(b) l. c. 8. *Stuck.* §. 35.

(c) DIOSCORID. L. 5. c. 84.



§. 231.

Genus XXXV. PLATINUM,

DIAGNOSIS. **N**i hilo levius, imo & gravius Auro puro (a).

Constat granulis albicantibus, subductilibus.

Primus wood. A. 1741. dein. *Ant. de ULLOA* (b) A. 1748. novum hoc metallum in America visum, Europæ notum reddiderunt.

(a) Inpuri Platini gravitas specifica se habet ad aquam ut 16995. ad 1000. puri ut 18240. ad 1000. purissimi autem ut 19240. imo & 22000. ad 1000. CRONSTEDT. §. 179. 5.

(b) *Relation de Voyag. à l' Amerique meridion.* P. I. p. 606.

§. 232.

SPECIES P. nudum.

LINN. p. 151. CRONSTEDT. §. VOGEL. p. 517.
LEHMANN. §. 61.

Residuum ab Amalgamate Auri, hinc illud, quod ad nos venit, raro purum est.

§. 233.

§. 233.

ANALYSIS. **P**latinum non ammittit in aqua regia, Sulphure & Hepate Sulphuris partem inflammabilem (§. 195.). Unitur facile cum Zinco, Argento, Stanno, Ferro liquato, eadem adfinitate cum Plumbo, Argento, Wismuto, difficilius cum Hydrargyro (a). Solutum in aqua regia non tingit partes animalium colore rubro, nec inde precipitatum cum Natro volatili fulminat ut Aurum (b).

(a) LEWIS *Experienc. sur plusieurs matières Tom. III. Hist. de la Platine VII.*

(b) V. plura in SCHWED. ABHANDL. Tom. XIV. p. 303. Tom. XXVI. p. 228. & Tom. XXVII. p. 167. HIST. DE L'ACAD. DE BERLIN. Tom. XIII. p. 31.

§. 234.

Usus. **H**ispani inde varia conficiunt (a). Aurum Platino vitiatum dignoscitur, dum soluto in aqua regia additur solutio Salis Ammoniaci, aut Vitrioli cuprei, illud enim præcipitat Platinum, hoc autem Aurum.

(a) HAMBURG. MAGAZIN. Tom. XXII. p. 283.

§. 235.

Genus XXXVI. STANNUM.



DIAGNOSIS. **A**lbidum, flexione stridens.

Metallum ignobile nullum Stano levius (*a*).
Adfine admodum cum Zinco & Plumbo (*b*).

- (*a*) Ad aquam se habet ut 7400. ad 1000.
CRONSTEDT. §. 180. II. 7471. ad 1000.
WALLER. Gen. 49. 3.
- (*b*) HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1707.
1726. 1735. 1742.

§. 236.

De existentia Stanni nudi (*a*) dubitamus, nam & Cornubiente *Ill.* & LINNE (*b*) tale esse negat autopta BRÜNNICHUS. (*c*). Sed nec mineralisatum absque omni dubio admittendum esse, docet talis minera Stanni nondum haecenus visâ, quæ ex unione Sulphuris cum hoc metallo prodit, nec non omnes solo igne carbonis facile reducibiles ejusdem species, nunc enarrandæ.

- (*a*) MATHESIUS *Predig.* 9. p. 139. ALBIN. l. c.
Tit. 16. p. 130. HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1738. I. p. 15. RICHTER. *Mus.* b. 41. Gen. 1. WALLER. Sp. 288.
- (*b*) *Syst. Nat.* III. p. 256.
- (*c*) Ad CRONSTEDT. §. 182.

§. 237.

SPECIES, I. *S. calciforme.*

Varie-

Varietates a) crystallinum.

WALLER. Sp. 289. LINN. p. 130. n. 1. CRONSTEDT. §. 181. WOLTERSDORF. Cl. VII. Gen. E. Sp. 1. VOGEL. p. 460. §. 60. a.

Calx Stanni mineris mixta, figurata in crystallos nigras, aut fusco nigricantes, ponderosas, plano aliquo introrsum angulato, aliis vero irregulariter saepius effusis. Huc pertinet & sola magnitudine crystallorum diversum *Stannum* (*granulatum*) *grani* *crystallinis* *aggregatis*. LINN. l. c. n. 2. Crystallus Stanni solitaria, octoëdra, aluminosæ similis, alba, fovea Stanni lib. 30 — 40. in Museo Borniano est.

b) spatosum.

WALLER. Sp. 291. l. LINN. p. 131. n. 4. JUSTI. §. 120.

Calx Stanni terris mixta, coagulata in lapidem similem Spato ponderoso.

c) amorphum.

LINN. p. 230. n. 3.

Minime crystallinum, cæterum idem.

§. 238.

Stannum crystallinum & amorphum constat i.) Calce Stanni facile reducibili ab ignito carbone (*a*), & in ollula cum fluxu docimastico, Borace calcinato, pice,

pice, & similibus, Arsenico tamen ustulationis beneficio prius expulso. Hic vero cavendum, ne reductum Stannum, diutius ac par est, in igne relicum, denuo in calcem abeat, aut Proba e furno educatur antequam calx reducta, & ab heterogeneis Probe fuerit separata. 2.) Terra martiali, quam extrahit Magnes ex minera ustulata. 3.) Arsenico calciformi, quod tamen non semper adest (b).

(a) IMPERAT. *Hist. Nat.* L. 17. c. 13. ERKER
Aul. subterrani. p. 169. LÖHNEIS. *Bericht.* P. VII. p. 174. VOLKMANN. *Siles subterrani.* P. II. c. 5. §. 4. BEÜTERS *Probierkunst. Process.* 59.

(b) Nullum in crystallino Altenburgensi.
HIST. DE L' ACAD. DE BERLIN. Tom. III.
 p. 37.

§. 239.

Lapis Lydius Auri Stannum dicitur ab HELLOT. (a). Idem Auri, Argenti & Cupri ductilitatem vitiat, nec ab Auro separari omnino potest, nisi cum Cupro fusum, dein cupellatum (b). Stannum fovet terram in acidis solubilem (c), zinchinam substantiam, ac plerumque etiam Arsenicum (d). Metallum hoc itaque Zinco maxime adfine est (e).

(a) *HIST. DE L' ACAD. DES SCIENC. 1735.*
 p. 311.

(b)

- (b) F. HOFFMANN. l. c. L. 3. *Obs.* 20.
- (c) HIST. DE L' ACAD. DE BERLIN. *Tom. IX.*
p. 45.
- (d) l. c. *Tom. III.* p. 35.
- (e) l. c. *Tom. XII.* p. 125. WALLER. *Metal-*
lurg. p. 141. 142.

§. 240.

Minera Stanii priusquam fundatur torreri, dein tundi & lavari solet. Fornax fusioni huic idonea est longa & angusta (a) lapide arenario, loco foci ex pulvere carbonum, instructa, interne luto obducta, e qua patulo oculo reductum metallum in catinum decurrit, qui saepe carbonum pulvere conspergi debet, ne adhaereant recrementa, & aliud metalli avolet. (b).

- (a) IMPERAT. l. c. c. 15.
- (b) Sunt verba LIBAVII. *Art. Probat.* L.
2. c. 13. V. etiam WALLERII *Metallurg.*
p. 338—345.

§. 241.

Genus XXXVII. FERRUM.

DIAGNOSIS. Maxime elasticum.

Tardissime funditur, diu sustinens ignitionem
(a).

Cum acido Vitrioli constituit Sal viride
(§. 94. 1.).

Exci-



Excipit inflammabile etiam absque fusione.
(§. 186.).

Optimum, pessimumque vitæ instrumentum (b).
Ferrum ubique est, cum nec animalia ac
vegetabilia (c) eo destituta sint.

(a) LIBAV. *Comment. metall.* L. c. 9. p. 38.

(b) PLIN. *Hist Nat.* L. 34. c. 14.

(c) COMMENT. BONON. *Tom. III.* p. 244 &
Tom. IV. p. 475. HAMBURG. MAGAZIN.
Tom. XIII. p. 41. RHADES *Diss. de ter-*
ro sanguinis humani Götting. 1735.

§. 242.

SPECIES I. F. nudum?

Admittunt CHARLETON (a), VOLKMANNUS
(b), RITTERUS (c), WALLERIUS (d), CARTHEU-
SER (e), A LINNE (f), LEHMANNUS (g), VOGE-
LIUS (h), & STOYUS (i).

Negant CRONSTEDTUS (k), WOLTERSDORFIUS
(l), JUSTI (m), & HELLOTUS (n).

Museum Academiæ Freybergensis ostendit
etiam Ferrum nativum, quod referente
Cl. P. PODA qui ejus specimen Pragæ in
museo Borniano vidit, est massa Ferri sub-
malleabilis hinc inde ochra adspersa abs-
que omni lapide adhærente, textura Fer-
ri minime porosa aut striata, qualis sem-
per in pane metallico observatur. Partes
ejusdem quædam attractoriæ, reliquæ om-
nes

nes demtis massulis ochraceis, retractoriae sunt. In aqua forti partim solvitur absque effervescentia, solutio viridescit. Mihi imperceptibile est, adeo rarum esse metallum nativum, cuius terram tanta copia ubique exposuit rerum natura, unumque locum ex tot millibus, privilegio hoc esse munitum, ut nullum sit miraculum magius Ferro nudo (o).

- (a) *Onomast.* p. 293.
- (b) *Siles. subterrane.* P. II. c. 7. §. 5.
- (c) *Mus. Gen. I. Tab. 8. fig. 1. A.*
- (d) *Sp.* 251.
- (e) *Mineralog.* 71.
- (f) P. 136. n. 1. *Mus. Tessin,* p. 56.
- (g) §. 81.
- (h) P. 476. §. 69.
- (i) *HAMBURG. MAGAZIN. Tom. VII.* p. 441.
- (k) *Mineralog. Cl. IV. O. 1. 7.*
- (l) *Syst. Min.*
- (m) §. 98.
- (n) *HAMBURG. MAGAZIN. Tom. VIII.* p. 288.
- (o) *Ferrum inveniri purum nusquam a veteribus scriptum.* AGRICOLA, *de Nat. Fosil.* l. 8. *Op. p. 645.*

§. 243.

2. F. mineralisatum.

Calx Ferri phlogistica Sulphure soluta, aliquaque partim terreis, partim vero metalli-

cis particulis unita Pyritem constituit, seu Proteum fossilem polymorphum, quem non ab aquo humore natum, sed a vapore sulphureo idoneis terris excepto genitum adgnoscent illi, qui arcana naturae interiore sacrario clausa, chemia facem præferente, rimantur. Earum indoles & unio diversa varietates Pyritum plurimas introduxit, nempe amorphum, crystallinum, tessulatum, tuberculatum, globosum, reniformem, superficialem, nitidum, granulatum, fibrosum, concentratum, botryoidem, trigonum, incrustantem, colliquatum, aliosque (a).

[a] Pyrites diversimode figuratos habent.
 AGRICOLA. *de Nat. Fossil.* l. 10. Op. p. 658. GESN. *de fig. Lapid.* Tit. 23. Entel. *de re metall.* l. I. c. 15. 20. EPHEM. NAT. CURIOS. Vol. VI. App. pag. 221. RICHTER. *Mus. P. III.* Sect. 2. c. 1. Gen. 4. HENKEL. *Pyritolog.* SCHEUCHZER. *It. Alp.* Tom. I. It. 1. p. 4. 5. MUS. TESSIN. p. 44. Tab. 2. MUS. FRIDERICI. REG. P. I. Sect. 2. PONTOPPIDAN. l. c. P. I. p. 304. BERTRAND. *Essay sur les Montagn.* c. 16. p. 282. SMIEDEL. *Fossil. Gleb.* p. 3. Tab. 3.

§. 244.

3. F. calciforme.

(*) Figuratum.

Varie-

Varietates a) *crystallinum.*

WALLER. Sp. 282. LINN. p. 137. n. 3. PODA in *Additam. ad LINN. selectas Dis-*
fert. p. 252. n. I. — 3.

Crystalli parvæ, nitidæ, polygonæ, rubineæ, retractoriæ, insidentes Schisto griseo micaceo, in ducatu *Stiriæ* repertæ.

b) *Spatosum.*

WALLER. Sp. 253. 3. LINN. p. 141. n. 26.
WOLTERSDORF. Cl. VI. G. D. Sp. 3.
CRONSTEDT. §. 205. VOGEL. p. 166.
§. 13. PODA. I. c. p. 259. 7.

Facies plus minus spatisformis, ita sensim obliteratur, ut lapidem calcarium referat. Lapis intractabilis in acido Vitrioli maxima parte solubilis, ustulatus niger fit. In *Stiria* quatuor ejusdem varietates numerantur, nempe specularis, albus, ruber, & flavus. Huc pertinet & ferrum spatosum Stollbergense rhomboidale & cubicum (a), etsi multum differat a Stiriaco.

(a) KÖNIG. *Regn. Mineral. c. p. 39.*

§. 245.

c) *Micaceum.*

WALLER. Sp. 254. 5. 255. 5. 256. 5. 257.
M 2 2.



2. 266. LINN. p. 139. n. 18. 19. 21.
CRONSTEDT. §. 211. 4. PODA. l. c. p.
258. 6. 263. 46.

Constat lamellis nitidis, modo intractabilibus, modo vero retractoriis.

d) *Smiris.*

LINN. l. c. n. 17.

Hoc retractorum, durissimum, saepius acerosum, ex squamulis minutis, intricatis.

e) *Stalactiticum.*

WALLER. Sp. 253. 1. 258. 7. fig. 20, PODA. l. c. n. 16. 17.

Terra martialis pura, in fissuris rupium ab aqua stillante deposita, superficie ochracea, Ferri valore insigni. Flos Ferri albus WALLERII, JUSTI, VOGELII & BERTRANDI mihi ignotus, aut idem forte cum Stalactite Coralloide (§. 29. c.).

f) *Pisiforme.*

WALLER. Sp. 261. 5. WOLTERSDORF. l. c. Sp. 5. CRONSTEDT. §. 200. 2. LEOPOLD. It. Svec. p. 10. WOLFART. Hist. Nat. Hass. p. 27. Tab. I. fig. 13 — 15. (a). VOGEL. p. 479. O. LEHMANN. §. 81. 3. PODA. l. c. n. 21. 45. 2.

Fragmenta intractabilia & retractoria, subrotunda aut amorpha, fusca, aut haematoxylina,

titica, levigata, copioso & molli Ferro
scatentia.

(a) Confunditur cum Topho pisiformi (§.
27. c.)

§. 246.

(**) *Amorphum.*

Varietates a) Magnes.

WALLER. Sp. 259. LINN. p. 142. n. 27.
WOLTERSDORF. l. c. Sp. 8. CRONSTEDT.
§. 209. I. VOGEL. p. 181. PODA. l.
c. 4.

Ferrum attrahit, polos ostendit.

b) *Nigricans.*

WALLER. Sp. 254. LINN. p. 138. n. 10.
CRONSTEDT. §. 209. PODA. l. c. 2.

Sæpius retractorium est.

c) *Vulgare.*

WALLER. Sp. 255. 258. WOLTERSDORF. l.
c. Sp. 4. JUSTI. §. 101. 102. PODA.
l. c. 13.

Proprietates nec priorum, nec sequentium
habet.



§. 247.

d) *Hæmatites.*

WALLER. Sp. 258. LINN. p. 140. n. 22. 23.
 CRONSTEDT. §. 201. LEHMANN. §. 81. 2.
 VOGEL. p. 478. μ. RICHTER. *Mus. Gen.*
 3. Tab. 8. fig. 3. PODA. l. c. 5.

Intractabile, rubrum; tritura quoque rubente, Ferro dives, etiam fibrosum-fibris concentratis, non raro & corticosum.

e) *Friabile.*

WALLER. Sp. 261. 262. CRONSTEDT. §. 200.
 I. VOGEL. p. 479. π. JUSTI. §. 105.
 LEHMANN. l. c. 8. PODA. l. c. 43. — 47.

Terra Pyritis, Vitrioli, aliorumque dilapsorum lapidum ferrariorum, ab aquis absorpta & hinc inde deposita.

f) *Arenosum.*

WALLER. Sp. 260. WOLTERSDORF. l. c. Sp. 7.
 PODA. l. c. 3. an idem cum *F. arenosa*
 LINN. ? non dixero.

Fit granis exiguis, nitidis, atris.

g) *Sinopis.*

BRUKMANN. *Magnal.* Tom. I. p. 281. CRONSTEDT. §. 65. PODA. l. c. 55 — 57.

Habitat in *Hungariae* fodinis, ruber, quandoque inquinans, ad Chalybem scintillans,

Ians, cum Natro fixo vitrescens, mineras quas comitatur perpetuo includens (a). Species legitimæ lapidum ferrariorum difficillimæ, nondum detectæ, nec unquam detegendæ. Eadem varietas retractoria & intractabilis; terra metallica in omnibus una, origo unius ex alia, limites nulli. Hinc quælibet regio alias alit, at nulla plures rarioresque ac Sveciæ Regnum.

(a) V. Tentam. Mineralog. de Sinopi Hungar. in ANNO HISTORICO-NATURALI V.

§. 248.

ANALYSIS. Ex Sulphure, terra metallica Ferri, aliaque specifica in acido solubili constare Pyritem, jam pridem docuit HENKELIUS. Similem mineram dat Sulphur cum Vitriolo Martis in igne clauso, sed absque figura, quam naturalis habet a terra alcalina determinata probabiliter ab acido Muriæ. Quantitas Ferri huic inhærens certius via humida, quam sicca detegitur. Hunc in finem debito modo inde expellitur in igne aperto Sulphur, residuum solvitur in acido Vitrioli, Nitri, Muriæ, Aqæ regiæ, solutum ex quolibet acido præcipitatur alcali fixo, quod dein seorsim filtrandum, edulcorandum, & congrua methodo examinandum quantum Ferri contineat. Sic valo-

res simul sumpti , vel & solus ille , qui ex maxima parte præcipitati prodiit , nec non pondus residui insolubilis , quæstam Ferri copiam demonstrat.

§. 249.

Docimasiam Ferri certam & infallibilem nemo hucusque docuit. Certior Gellertia na , sed laboriosa & sæpe infida est. Expertus loquor , summa patientia tractavi lapides ferrarios variis modis , quos præscribunt ACTA SVECICA , CRAMERUS , SCHLÜTTERUS , LEHMANNUS , & alii , & paucos vidi , qui optatam Ferri copiam dederint. Ego bono cum successu examina hæc instituo cum mineræ prius cum oleo lini tostæ centen. 1. Boracis calcinati. centen. 2. Nitri cent. 1. & Calcis vivæ libr. 7. sic enim debito igne adhibito ex omni lapide ferrario prodit Ferrum sæpius malleabile. Id ipsum ex qualibet minera obtinetur etiam si ejusdem crudæ aut torrefactæ centenarius misceatur cum cent. 4. fluxus nigri , pollinis carbonum libr. 24. miscellæ ex æquali copia Arsenici (§. 219.) , & pollinis carbonarii , nec non modica quantitate vitri pulverisati , sed crudum valde , nec malleo cedens.

§. 250.

§. 250.

Officinarum oeconomiæ plurimum interest scire qualem copiam Léchi , aut massæ metallicæ , Pyrites ille in igne præbeat, quo liquatio prima perficitur. Examen hoc diversimode institui potest , & quidem 1.) cum tribus partibus scoriarum primæ li- quationis , 2.) cum tribus partibus fluxus nigri, & viginti quinque libris Calcis vivæ, 3.) cum tribus partibus Pyritis pulverisati ; & una lapidis ferrarii , nec non 4.) cum æ- quali copia vitri , & tribus partibus Bora- cis calcinati. Prima , secunda , & tertia methodo prodit Lechi major quantitas, sed hoc minus purum est , nec in aere libero fa- tiscens ; quarto autem modo obtinetur Le- chum purius , non adeo copiosum , quod intra aliquot horas in pollinem nigrum di- labitur. (§. 130.) (a).

(a) SCHLÜTTER. *Probierbuch.* c. II. §. 2. 3.

§. 251.

Terra metallica Ferri nunc inhæret Calci, nunc Argillæ , nunc Margæ , nunc vero terræ siliceæ. Hinc lapidum ferrariorum diversus ad ignem habitus, hinc ubique varium tam copia , quam qualitate Ferrum educitur. Qualitatem quod attinet , id du-

duplex est, nempe ductile aut fragile. Ductile vocatur illud, quod sine fractura in omni statu extendi & flecti potest; fragile vero denuo duplex, idque calidum & frigidum. Calidum malleo cedit sub ignitione, nec aliter; frigidum autem malleo obtemperat frigefactum, resistit ignitum. Ferrum fragile calidum Pyrites (§. 243.) (a), frigidum vero F. Hæmatites, vulgare, & friabile saepius largitur.

(a) BROML. Mineralog. Svec. c. 12. §. 6. n. 4.

§. 252.

usus. Nullum metallum Ferro utilius, nullum antiquius, nullum denique quod maiore copia hucusque fuerit eliquatum. Cum ergo plurimum referat, ut bonæ notæ ferrum producatur ita hæc potissimum sunt observanda.

1. Indoles cujusque lapidis probe attenda, quæ docet, an bonum, an vero fragile Ferrum largiatur, & an facile aut difficultor in igne fluat; qui enim bonum, aut frigidum fragile Ferrum præbent, ustulatione non egerint, econtra vero qui dant Ferrum fragile calidum prius ustulandæ sunt, & qui difficulter in igne liquefcunt, hi cum aliis mineris (a) aut terris miscendi, ut facilius liquari possint.

2. Fornaces altæ, seu majores, majorem etiam Ferri copiam in dato tempore largiuntur, nec sylvas adeo devastant, ut minores.
3. Mineræ Ferri calcariæ aeris libero diu expositæ facilius funduntur, quam e fodinis recens eductæ; quæ vero argillosæ aut pyritosæ sunt, corriguntur lapide calcario.
4. Ferrum calidum fragile serius e foco extrahendum.
5. Ferrum frigidum fragile corrigunt mineræ pyritosæ, aut harum scoriæ (b).
6. Probe attendendum ut minera rite fundatur; retardata enim fusio reductionem impedit, Ferrum reddit impurum (c).
7. Carbones nec inutiliter dissipandi, ac debita mineræ liquatio requirit.
8. Scoriæ fusionem promovent, metallum depurant, ab igne protegunt, hinc nunquam penitus extrahendæ (d).

(a) BROMEL. I. c. BÖSEN. *Haushaltungs Principia von Berg.-Hütten &c.* P. I. C. 12. §. 1.

(b) CANCRINUS I. c. 3. Stuck. §. 35.

(c) JUSTL. Chym. Schrift. I. Abtheil. I. II. 4. p. 83.

(d) WALLER. Metallurg. p. 283. 283.


 §. 253.

Verum tamen liquatio hæc etiam optime instituta, non purum, sed crudum Ferrum largitur, quod nova fusione depurari, & malleo extendi debet, ut requisitam dulilitatem acquirat, aut in chalybem vertiqueat. Hunc in finem

1. Ferrum crudum eosque liquandum donec omnes ejusdem partes debitam metalli indolem adeptæ, & heterogenea omnia, sub prima liquatione ei immixta, nec in Ferrum unquam mutanda, scorificationis beneficio hinc separata fuerint.
2. Structura foci aptanda singulari naturæ Ferri crudi, præterea cavendum, ne carbones etiam in hoc opere inutiliter consumantur.
3. Ferrum fusum & depuratum eosque, donec heterogenea omnia dissipata, particulæ metallicæ omnes probe reductæ & arctius invicem connexæ fuerint, chalybem constituit.
4. Hoc pluribus modis, nempe cæmentatione (*a*), immersione, inunctione, extinctione, & fusione paratur.
5. Attamen bonitas chalybis non a sola fusione, sed etiam a peculiari lapidis ferrarii indole (*b*), & a Ferri debita qualitate dependet.

6. Induratio chalybis promovetur extinc-
tione ejusdem igniti in aqua frigida
pura, aut mixta cum Salibus alcalinis,
Nitro, urina, Sale communi (c), aliisque.
7. Sic obtinetur Ferrum durissimum, sum-
me elasticum, ductile, fibrosum, magis
sonorum, cum Silice scintillans, ferru-
gini minus obnoxium, Auro & Gem-
mis utilius.

(a) SCHWEDENBORG. *de Ferro.* §. 24. HAM-
BURG. MAGAZIN. Tom. XV. p. 48.

(b) MATHESIUS. *Predig.* 8. p. 109. IMPERAT.
Hist. Nat. L. 18, c. 18. SCHEUCHZER.
l. c. Tom. I. It. II. p. 81. JUSTI. l. c.
Tom. I. p. 107.

(c) PLIN. *Hist. Nat.* L. 34. c. 41. CÆSAL-
PIN. *de metall.* L. 3, c. 6.

§. 254.

Genus XXXVIII. CUPRUM.

DIAGNOSIS. Constituit cum acido Vitrioli
Sal cœruleum (§. 94, 2.).
Solutionem Natri volatilis sapphirino colo-
re tingit (a).

Liquatumflammam viridem reddit.
Ex acidis præcipitatur a Calce & Natro fi-
xo colore viridi.

(a) WALLER. ad HLÆRNE Tent. Chym. 7.
not. e.

§. 255.



§. 255.

SPECIES I. C. *nativum*?

Dari Cuprum nudum a præcipitato diversum, dubitat BROMMELIUS (*a*), & nunc etiam *Ill.* a LINNE (*b*). Certe in plerisque fôdinis (*c*), ubi hoc Cuprum reperitur, ibi & aquæ cæmentariæ, aut dilapsæ Cupri mineræ reperiuntur, unde vitrum Cupri natum, & ex hujus solutione metallum præcipitatum fuit. Cum vero hoc ipsum in acidis inflammabilem partem amittat, ideoque abstractione, aut addito Natrio in forma calcis, non vero metallica, hinc separetur, sic patet solum Cuprum etiam via humida reduci posse ope phlogisti, quod Ferro, aut ejus terræ metallicæ inhæret (§. 185). Qui hoc putant paradoxum, ostendant Cuprum solvi ab acidis absque ulla jactura principii inflammabilis, ut metalla nobilia; vel alium modum doceant, quo ex acido humore in forma metallica educitur.

(*a*) *Mineralog. Svec.* c. 12. §. 3.

(*b*) p. 143. n. 1.

(*c*) CANCRINUS. l. c. 8. Stuck. §. 12.

§. 256.

2. C. *mineralisatum*.

Varie-

Varietates a) *flavum.*

WALLER. *Sp.* 276. 277. LINN. *p.* 115. *n.* 6.
 & *p.* 144. *n.* 4. WOLTERSDORF. *Cl.* VI.
Gen. C. *Sp.* C. 7. GRONOV. *Sp.* *p.* 38.
 n. 44.—50. LEHMANN. *S.* 80. I. CRON-
 STEDT. *S.* 196. VOGEL. *p.* 466. a.

Vulgatissimum, pallide *flavum*, sæpius
amorphum, chalybe non scintillans fati-
 cendo producens mineram *Cupri lazaream*.

b) *cinerereum.*

WALLER. *Sp.* 273. LINN. *l. c.* *n.* 7. GRO-
 NOV. *l. c.* *n.* 58. WOLTERSDORF. *l. c.*
Sp. 4—6. CRONSTEDT. *S.* 197. VOGEL.
l. c. γ.

Color quasi chalybeus, sensim nigricans,
 faticando quandoque lazureus. Hoc
 argentiferum est, & plerumque amor-
 phum. Vidi tamen & crystallinum :
 crystallis subtrigonis, nitidis.

Huc pertinet & minera illa ; quæ in Bana-
 ticas *Cupri* fodinis dicitur *Minera Cupri*
nigra vitrata. Hæc cupro ditissima,
 plumbei coloris, ponderosa, superficie
 glabra, & quasi sectilis, est *Cuprum mi-*
neralisatum pyriticosum, *sectile canum*. LINN.
l. c. *p.* 144. *n.* 6.

c) *albidum.*

LINN. *p.* 145. *n.* 8. WALLER. *Sp.* 275. CRON-
 STEDT. *S.* 197. JUSTI. *l. c.* γ.

An Cuprum hic vere mineralisatum sit,
fateor me ignorare, cum nondum viderim.

§. 257.

3. C. calciforme.

Varietates a) viride.

α] friabile.

WALLER. Sp. 269. 278. LINN. p. 194. n. II.

CRONSTEDT. §. 192. 2. LEHMANN. l. c. l.

Chrysocolla veterum (α), seu ochra Cupri deposita ab aquis vitriolicis.

β] lapideum.

LINN. p. 146. n. 15. C. Malachites WOLTERSDORF. l. c. Sp. II. LEHMANN. Chym. Schrift. Abhandl. 9. CRONSTEDT. §. 194. 2.

Calx Cupri indurata, polituram admittens, calcario lapidi sæpius inhærens.

b) cæruleum.

α] rude.

β] crystallinum.

WALLER. Sp. 270. LINN. p. 194. n. 12. CRONSTEDT. §. 192. I. LEHMANN. l. c. k.

Crystalli cæruleæ, subrhombæ, solitariæ, aut imbricatæ in massulas variæ figuræ, insidentes & immixtæ ochræ Ferri & Cupri,

§. 258.

§. 258.

c) *rubrum.*

a) *amorphum.*

WALLER. *Sp.* 274. CRONSTEDT. §. 192. 193.

LINN. p. 145. n. 9. VOGEL. l. c. p. 468.
3. JUSTI. §. 80.

In fodinis Banaticis hæc varietas occurrit, colore colcotharis Vitrioli, & ochra Cupri viridi quandoque immixta. Color a terra bolari. Centen. hujus mineræ dat cupri lib. 16. 18. 24.

β) *crystallinum.*

Modo crystalli sunt parvæ, rubiniformes, subrotundæ, polyedræ, sæpius solitariæ; modo vero massa rubens, fractura nitens, facie Argenti rubri, continens ramenta exigua Cupri præcipitati, & ochra Cupri viridi plerumque involuta. Dat ex centen. Cupri lib. 70.

d) *fuscum.*

Reperitur etiam in Banaticis Cupri fodinis in *Saska.* diciturque *Minera cupri picea.* Color hujus plus minus fuscus aut terreus, fractura vero modo nitens, modo sine nitore. Hæc strata angusta, & hæc ipsa ex aliis iterum lineam unam duasve crassis composita, quandoque constituit,

Schisto inhæret Cuprum mineralisatum & calciforme, illudque ibi copiosius, ubi vestigia gerit piscium plantarumque.

(a) FALLOP. *de metall.* L. 31. GESNER. *dé Fossil.* Tit. 2. p. 15. CÆSALPIN. *de metall.* L. 2. c. 163. SIEBALD. *Prodr. Hist. Nat. Scot.* P. II. L. 4. Sect. 3. c. 2. BAYER. *Oryctol. Nor.* L. I. C. 10. p. 47.

§. 259.

EANALYSIS. Ex centenario docimastico mineralæ Cupri flavæ Schmelnizensis Hungariæ obtinui Sulphuris libras quatuordecim, Cupri libras triginta sex, Arsenici libras tres circiter, Stibium nullum, reliquum fuit terra martialis (a). Eadem quantitas mineralæ Cupri cinereæ pariter Schmelnicensis dat Sulphuris libras duodecim, Arsenici libras septem, Stibii libras novem, Cupri libras viginti sex, reliquum fuit Ferrum. Ingens horum metallorum inter se, & cum Sulphure adfinitas efficit, separationem Cupri ab heterogeneis hisce adeo operosam, & saepè erroneam, dum chemiæ ignari nesciunt reduci in prima liquatione Ferrum & Cuprum, reducta solvi a Sulphure, Arsenicum cum his metallis arcte uniri, & omnia hæc cum Stibio constituere Lechum, seu massam metallicam, a qua Cuprum a Ferro ope Sulphuris separandum est, postquam Bitumi-

tuminis hujus superflua quantitas, una cum Arsenici & Stibii parte maxima ustulatione debita dissipata fuit.

(a) SCHWED. ABHANDL. Tom. II. p. 136.

§. 260.

Verum tamen separatio hæc in officinis non antea instituitur, ac ab arte docimastica detecta, iisque indicata sit quantitas Cupri, fundendæ mineræ inhærens; hæc enim & errores ibidem commissos & emmolumentum, quod inde separatur, prævie demonstrat. Hunc in finem solent docimastæ mineram bene tostam liquare in ollula cum Tartaro, Nitro, Borace, felle vitri, ac similibus, ut Lechum obtineant, quod dein testulæ inpositum sub tegula furni docimastici, debito igne, ope Plumbi, mutant in Cuprum purum. Sed tædiosæ hujus, visui noxiæ, nec satis fidæ methodi pertæsi quidam, aliam excogitarunt, qua debitibus additamentis, unico igne ex qualibet minera perfectum Cuprum eliciunt. Utuntur itaque Tartaro & Nitro, sed gradatim adscendunt ab octo partibus Tartari, usque ad quatuordecim partes Nitri, & vice versa prout mineræ magis minusve refractariæ sunt, quæ quater & quinques prius ustulandæ, & sic debito igne liquandæ sunt.


 §. 261.

Ego plurimis hunc in finem institutis experimentis didici 1) polline carbonum aut fuligine , liquationem retardari. 2) Quo major est quantitas additi Nitri eo certius Cuprum solvi , ac in vitrum mutari. 3) Solutionis hujus indubium signum esse vitrum viride & rubrum. 4) Ex minera indebito modo ustulata Cuprum purum nulla arte obtineri. 5) Scorias nigras bonum examinis successum promittere. 6) Ex minera Cupri flava metallum perfectum facilis educi , quam ex cinerea , facilius autem ex calciformi. 7) Mineras quoque cinereas non omnes id eadem facilitate largiri. 8) ac melius minore quam majore copia fluxus nigri. 9) Ad perfectam hanc separationem requiri idoneum nec diutius ac pars continuatum ignem. 10) Etiam Cuprum calciforme semel aut bis ustulandum , ob particulas mineræ ei saepius immixtas. 11) Sic præparatas dare Cuprum purum cum fluxus nigri partibus quinis , & una vitri pulverisati. 12) Boracem fluxiliorem reddere mineram , non vero dissipare heterogenea.

§. 262.

usus. Ut mineræ dictæ (§. 255 — 258.) Cuprum purum largiantur , instituenda est

1. Liquatio mineræ. Germ. Das Schmelzen ins robe.
2. Liquatio Lechi ustulati — Das Schmelzen auf Schwarz-Kupfer.
3. Liquatio Cupri nigri. — Das Spleisen, und Garen.

Liquatio prima dissipat partem aliquam Sulphuris, Arsenici, Stibii (§. 259.); vitrificat terras eamque Ferri partem, quam expulsum Sulphur in calcem mutavit (§. 180.); reliqua vero conjungit in unam massam metallicam, quæ Lechum cuprum vocatur. In hac operatione attendum est.

1. Ut mineræ ea Sulphuris quantitate donatae sint, quam perfecta solutio reducti Ferri requirit.
2. Quæ si non adsit tunc Pyritem iis addere oportet (α), qui non solum Sulphur necessarium suppeditat, ac solvit ferreas concretiones, sed & impedit ne Cupri valor in Lecho nimis concentretur.
3. Ut Lechum obtineatur a scoriis purum, superficie non asperum, margine non adeo incrassatum, solidum, tenue, nec spongiosum,
4. Lapidem calcarium hic utilem esse, praesertim si Cuprum refractariis terris inheret.
5. Mineras se se invicem corrigere, hinc unam cum alia utiliter misceri.



6. Ne **nasus** nimis elongatus sit , nec fistula nimis alta (b).

(a) ORSCHALL. *Oeuvres. Metallurg. P. I. A.*
I. p. 40.

(b) Fistula humilis dat Cuprum copiosius ,
at impurius , altior vero parcus & pu-
rius. CANCRINUS. *von Kupferschmelzen* §.
76. p. 107.

§. 263.

Fusione hac absoluta , Lechum torri debet , & quidem

1. Sensim , saepius , & eousque , donec utiliter liquari possit , quod inde patet , cum
2. Duos tresve panes metallicos in hoc ope-
re largitur , cavendo interea , ne
3. Etiam Cuprum immodice comburatur
4. Ne ignis justo fortior adhibeat , aut
pars aliqua cruda remaneat , qua de cau-
fa .
5. Quod minus ustulatum fuit , id in mino-
ra frustra divisum , in medio alterius cu-
muli ustulatorii collocandum est.
6. Solent quidam post quartam aut quin-
tam ustulationem cum centenariis qui-
nis aut senis experiri , an in igne Cu-
prum largiantur , vel an aliis ignibus o-
pus habeant. Denique notandum
7. Lechum pauperius fortiorem ignem ex-
petere (a) ac ditius.

8. Cuprum calciforme purum hac fusione non indiget, sed ex eo cum Lecho ustulato paratur Cuprum rude.

(a) Ut bene advertit CL. WALLERIUS. l. c.
p. 323.

§. 264.

Liquatio secunda separat ulterius Cuprum a Ferro, Arsenico, Sulphure, Stibio, ut fusio tertia perfectum purumque Cuprum largiatur. Lechum itaque probe ustulatum funditur in eodem sed arctiori foco instruto furno, & sic obtinetur Cuprum rude primum; Lechum vero hic productum, primum pariter appellatur (a). Hoc denuo paulatim tribus ignibus torretur, quod liquatum, dat Lechum secundum, octo ac novem ignibus ustulandum. Hoc modo obtinetur Cuprum rude, quod in centenario etiam nonaginta libras Cupri puri continet. Verumtamen ubi mineræ argentiferae liquari debent, alia denuo observanda sunt, quæ ad processum Argenti pertinent, inferius describendum.

(a) *Das erste Oberlech.*

§. 265.

Liquatio tertia, seu purificatoria dat Cuprum malleabile, & ab omni sulphurea ac

metallica labe purum (a). Depuratio hæc perficitur in furnis ope Plumbi aut Ferri (b), aut in focis apertis auxilio ignis & aeris, quibus heterogenea omnia vitrificata in scorias abeunt. Cuprum rude primum & secundum antequam depuretur, in eodem furno accensis lignis, & absque follium flatu per sex horas ustulatur, dein igne follibus animato liquatur, depuraturque, & quidem sine Plumbo, si cum placentis ærariis plumbiferis fuerit commixtum. Sic ex 25 — 30. centen. hujus Cupri plumbiferi, & 20. centen., vel & eadem quantitate Cupri rudis prodeunt 40. centen. Cupri puri. Scoriæ, prima, secunda & tertia vice hinc detractæ, ac pariter plumbiferæ, si cum recre-
mentis Æris caldarii (c) liquatæ fuerint, dant placentas ærarias suo tempore eliquandas. Ex gravioribus autem nec plumbiferis scoriis debito modo fusis obtinetur Cuprum rubrum, cuius centen. 45, cum centen. 3. Plumbi depurati dant scorias ex quibus villioris notæ Cuprum conficitur.

(a) SCHLÜTTER. I. c. c. 117. §. 1.

(b) SCHWED. ABHANDL. Tom. II. p. 140.

(c) Germ. Krötz.

§. 266.

Denique notanda insignis copia ohræ Cupri, seu Viridis montani (a), quæ Herrengrundia

grundia in Hungaria quovis anno colligitur deposita in fodinis ab aqua cæmentaria, & producta a cupreis fodinarum rejectaneis aeri libero expositis, quæ dein a transfluentibus aquis subdialibus abrepta, propriisque ductibus ac receptaculis collecta, depuratur & venditur. Sulphur ad productionem hujus ochræ non videtur adeo necessarium, ut quidam putant. Mineræ enim hic Sulphuris exiguum valde copiam fovent, & Lechum cum Pyrite paratum vidi longe minorem viridis montani copiam produxisse, quam illud, quod absque addito Pyrite liquatum fuit.

(a) SWEDENBORG. *de Cupro. Cl. III. §. 1.*

§. 267.

Genus. XXXIX. PLUMBUM.

DIAGNOSIS. Ab igne mutatur in calcem rubram, ab acido vegetabili in albam.

Dat vitrum flavum.

Gravitas ejus specifica ad aquam se habet ut 11325. ad 1000. (a).

(a) WALLER. *Gen. 48. 3. CRONSTEDT. §. 184.*

§. 268.

SPECIES I. P. Nudum? (a).

Plum-

Plumbum musei Tessiniani vere nudum fuisse, nunc fere dubitat celeberrimus LINNÆUS. Certe Silesiacum illud, quod pro nativo proposuit Cl. WALLERIUS, fuisse grana metalli eliquati & scoriis imminixti, vidit in loco natali diligens LEHMANNUS. Dubiam itaque speciem voco, donec natura certum me reddiderit.

(a) HENKEL. *Pyritolog.* c. 5. *Fl. Saturn.* p. 156. KUNDMANN. *Prompt. rer. natur.* p. 273. n. 22. ALBIN. *Bergeronik.* Tit. 16. p. 134. BRUKMANN. *Magnal.* pag. 241. J. G. HOFFMANN. *de Matric. Metall.* §. 28. VOLKMANN. *Siles. subterrani.* Sect. 2. c. 4. §. 4. RICHTER. *Mus. c. 5.* Gen. I. WALLER. Sp. 281. LINN. p. 132. n. 1. CARTHEUSER. *Min. 65.* BERTRAND. *Essay sur les Montagn.* p. 289. *Diction. des Fossil.* P. II. p. 131.

§. 269.

2. *P. mineralisatum.*

Varietas a) cubicum.

Minera Plumbi constans tesseris cubicis, aggregatis, coalitis, variæ magnitudinis, crassitie etiam semiunciali. Habitat cum Pseudogalena crystallina *Schemnitzi* in Michaelis Stollen.

b) truncatum.

Tessellæ.

Tessera tetragona & hexagona, apice perpetuo truncata, basi dilatata, cum focis connata & ita confluens, ut naturalis figura difficulter eruatur. Habitat in *Kapnik.* *Transilvaniae*, Argento dives.

c) *Galenicum.*

WALLER. *Sp.* 282. LINN. p. 133. WOLTERS-DORF. *Cl. VI. Gen. F. Sp.* 1. CRONSTEDT. §. 185. SCHREBER. *Lithograph.* 65. VOGEL. p. 456. a).

Vulgaris minera, facta lamellis in cubos coadunatis. Hi majores, minoresque, in aere libro nitorem sensim amittunt, & in fodinis evoluto Sulphure variis coloribus quandoque ludunt, fere ut minera Cupri lazurea (a).

d) *Chalybeum.*

WALLER. l. c. 9. CRONSTEDT. §. 186. I. JUSTI. §. 127.

Textura quasi fibrofa & lamellofa; lamellis minimis. Habitat in *Carinthia*, *Stiria*, *Calci* & *Argillæ* hinc inde inhærens.

e) *Obscurum.*

Introduct. p. 164. 4.

Nitore caret, nec mineram dices, nisi id ignis doceret.

(a) ALBIN. l. c. *Tot.* 17. p. 140.



§. 270.

3. P. *calciforme*.

Varietates a) amorphum.

WALLER. Sp. 287. LEHMANN. §. 84. d. CRONSTEDT §. 184. 3.

Farinaceum album (*a*), aut induratum rubrum (*b*), flavescentia, fuscum.

b) Spatosum.

LINN. p. 135. n. 9. 10.

Pisiforme, stalactiteum, album, rubens,

c) crystallinum.

WALLER. Sp. 284. 285. LINN. p. 134. n. 7. 8.

Crystallus saepius prismatica, rarius cubica hexagona, polyedra (*c*) colore albo, luteo-viridi, & quandoque rubro (*d*).

(*a*) CRONSTEDT. l. c.

(*b*) MATHESIUS. *Predig.* 9. p. 142. SIBBALD.
l. c. P. II. L. 4. *Sect.* 3. ?

(*c*) *Mus. Tessin.* p. 62. *Tab. II. fig. 6.*

(*d*) NEÜES. HAMBURG. MAGAZIN. *Tom. II.*
p. 336—348. idem vidi in Museo Augusto.

§. 271.

ANALYSIS. **E**x minera Plumbi expellitur in igne Sulphur, eoque expulso restat terra metallica, cuius pars maxima addito inflamm-

flammabili mutatur in Plumbum, alia vero attrahitur a Magnete, & vitrum Plumbi fusco colore tingit. Constat ergo Sulphure & terra metallica Plumbi ac Ferri. His saepius adjungitur Argentum (*a*) ac quandoque etiam Stibium & Zincum. Eadem principia demonstrat chemia, dum veram Galenam cum Sulphure & Plumbo, aut cum ejus calce producere facile potest.

(*a*) Copia quandoque insigni LÖHNEIS. Bericht P. V. p. 74. LEOPOLD. It. Svec. p. 44. VOLKMANN. l. c. P. II. c. 4. §. 4.

§. 272.

Plumbum ex his mineris facile educitur, ob exiguum metalli hujus cum Suphure adfinitatem, ejusque calcis facillimam reductionem. Efficit hoc fluxus niger, alcali fixum vegetabile, nec his additum Ferrum nocet unquam (*a*). Torrenda tamen prius minera, sed lento igne; nec reducta igne valido denuo calcinanda. Calx Plumbi nativa ustulatione non indiget (§. 182. 5.) reduciturque solo phlogisto cannula applicato (*b*), ut calx Stanni. Non ergo ad sentiri possum Cl. WALLERIO, qui docuit Plumbum a Sulphure non calcinari, ideoque reducente materia non opus habere (*c*); id enim aliorum observatis (*d*), & quotidiana experientiae omnino repugnat.

(*a*)

- (a) SCHWED. ABHANDL. Tom. I. c. 5. SPIELMANN. I. c. *Exp.* 113.
 (b) STAHL. Fund. Chym. P. III. p. 456.
 (c) Metallurg. p. 337. 3. *in observ.*
 (d) STAHL. I. c. p. 328. SPIELMANN. I. c.

§. 273.

usus. **H**oc illud metallum est, quo Aurum & Argentum e mineris, Lecho, ac Cupro rudi extrahitur & separatur. Una hæc utilitas immensa est, ut taceam alias, jam satis notas. Ut ergo idipsum e suis mineris utiliter educatur, omnem operam inpendere oportet, nec unquam oblivisci, 1.) calcem hanc metallicam tum demum reduci, cum Sulphur mineralisans ab ea fuerit separatum. 2.) Reductum metallum inflammabile principium in igne facile amittere. Denique 4.) separandum esse ab heterogeneis, quibus immixtum est.

§. 274.

Hæc qui bene observaverit, in eo totus erit.

1. Ut minera sensim & eosque torreatur, donec maxima pars Sulphuris inde fuerit exclusa.
2. Ut evitentur omnia quæ reduci Plumbi calcinationem promovent, qualia sunt for-

fornax ampla, folles impetuosi, petus nimis elatum, additamenta pyritosa aut martialia, fistula declivis & alta; apertura supra focum præter modum hians; metallum diu in foco retentum, idemque in catino minime tectum.

3. Ut scoriæ adhibeantur non adeo impuræ.
4. Ut evitentur alia additamenta, quæ debitam scoriarum a metallo separationem impediunt.
5. Ne carbones inutiliter comburantur.
6. Ut educatur Plumbum e Lecho in hac fusione producto, & calx alba Plumbi in pariete furni anteriore, & camino collecta reducatur.

§. 275.

Genus XL. ARGENTUM.

DIAGNOSIS. Metallum nobile, album cæteris tenacius, Auro excepto (a).

Gravitas ejus specifica ad aquam se habet, ut 11091. ad 1000. (b).

(a) LIBAV. *Comment metall.* L. I. c. 5. p. 82.

(b) WALLER. *Gen.* L. 3. CRONSTEDT. §. 166, 2.

§. 276.

§. 276.

SPECIES I. A. *nudum*.

WALLER. *Sp. 293.* LINN. p. 148. I. WOLTERSDORF. *Cl. VI. Gen. B. Sp. I.*
CRONSTEDT §. 167. JUSTI. §. 50. 52.
LEHMANN. §. 78. I.

Hoc manifestum, efflorescens in capillos, extensum in bracteas, extenuatum in fila, superficialiter instratum, in ramos divisum, in grana coadunatum, aut crystallos constitutus (*a*); vel occultum, extrahendum ab acidis, aut Hydrargyro.

(*a*) SCHEUCHZER. *Herb. Diluv.* 41. GRONOV. *Sup. p. 49. I—4.* LINN. l. c.

§. 277.

2. A. *larvatum*.

Sic reperitur omne Argentum, quod nudum non est (§. 168.). Non ignis (*a*) (§. 179.), non acidum solvens (*b*) (§. 181. 195.) non Sulphur (*c*) (§. 195.), metallum hoc principio suo inflammabili spolare queunt; hinc minera, aut calx Argenti nulla possibilis; progreditur enim rectificando, nec claudicat, aut retrocedit hic rerum natura.

Varie-

Varietates a) vitreum.

WALLER. Sp. 294. LINN. l. c. n. 3. CRONSTEDT. §. 168. WOLTERSDORF. l. c. Sp. 2. JUSTI. §. 54. VOGEL. p. 427. d.

Malleabile, griseum, subdiu nigricans, amorphum, crystallinum, incrustans, pyritoso halitu haud raro flavescentes.

- (a) STAHL. l. c. P. III. p. 457.
- (b) Docet id deargentatio frigida. NEUMANN. *Prael. Chym.* P. V. c. 4. abstractio soluti in acido Nitri, præcipitatio ope Cupri, Lunæ cornæ reductio Marggrafiana.
- (c) STAHL. l. c. p. 378.

b) *Corneum.*

LOEHNEIS. *Bericht.* P. V. p. 73. LIBAV. *Art. Probat.* l. 2. c. 10. WALLER. Sp. 295. LINN. l. c. n. 2. CRONOVI. *Sup.* p. 48. n. 5. 6. CRONSTEDT. §. 176. BERTRAND. *Essay sur les Montagnes.* p. 284. VOGEL. p. 426. y.

Valde rarum, album, aut perlato colore tinetum, superficie umbrorum, semipellucidum, submalleabile (a).

- (a) BRÜNNICH ad CRONSTEDT. l. c.

§. 278.

c) *Rubrum.*

Q

WAL-

WALLER. Sp. 296. LINN. p. 149. n. 4. WOLTERSDORF. I. c. Sp. 3. LEHMANN. §. 78. 4. CRONSTEDT. §. 169. SMIEDEL. *Foss. Gleb.* p. 8. Tab. 5. fig. 2.

Fusco-rubens; pulvere rubineo, amorphum, & crystallinum; tessera prismatica, hexagona, truncata.

d) *Album.*

WALLER. Sp. 297. LINN. I. c. n. 5. WOLTERSDORF. I. c. Sp. 4. CRONSTEDT. §. 170. RICHTER. *Mus.* I. c. p. 16. JUSTI. §. 61. VOGEL. p. 425. a.

Albidum, nitidum, & splendorem retinens diutius, ac minera Cupri cinerea.

e) *Nigrum.*

JUSTI. *Chym. Schrift.* Tom. I. *Abhandl.* I. Röschgewächs BRÜNNICH ad CRONSTEDT. §. 168.

Fragile, nigricans, nitens, granosum, raro purum, sed Argento rubro aut Pyriti sæpius immixtum.

f) *Plumosum.*

WALLER. Sp. 300. LEHMANN. I. c. 7. CRONSTEDT. §. 172. VOGEL. p. 427. c.

Fibroso-capillare, albidum, griseum, rarissimum, in Hungariæ fodinis olim inventum.

§. 279.

Argentum inhæret & Argillæ (a)

Quarzo.

Pyriti (b).

Wismuto.

Zinco Pseudogale-næ (c)

Auro (d).

Cupro.

Plumbo.

(a) In Windischbleuten Hungariæ reperta Argilla flavesrens, tactu pinguis, quæ ex Centen. dat Argenti semiuncias usque octo.

(b) Pyrites Hungarici Aurum & Argentum fovent, præsertim Gelfum. Hinc Argillæ fodinarum Schemnizenium, quæ Pyritem fovent, non rejiciendæ.

(c) Præsertim Bohemicæ.

(d) Auri Hungarici, e mineris lavando separati, tertia & quarta pars Argentum est.

§. 280.

ANALYSIS. Argentum vitreum dat ex centen. Argenti marcas 140 — 180. (a), reliquum est Sulphur, ac quandoque & aliquid Plumbi ac Ferri (b).

— corneum fovet acidum Muriæ & Ferum, nec semper sine Arsenico est.

- *rubrum* Schemnizense dedit mihi ex centen. Argenti libr. 32, Sulphuris, 25, Arsenici, 14, Ferri 26, & terræ alcalinæ 3. (c).
- *album* constat Argento, Cupro, Ferro, Stibio, Sulphure, Arsenico (d).
- *nigrum* scatet Sulphure & paucō Ferro. BRÜNNICHUS ait esse medium quid inter vitreum & rubrum. Similem mineram obtinui in igne clauso cum Argento ex acido Nitri ope spiritus Sulphuris volatilis præcipitato. Si hoc Argentum nigrum LINN., quod dubito, albi varietas esse non potest.
- *plumosum* juxta WALLERIUM constat Argento, Sulphure, Arsenico, Stibio; juxta CRONSTEDTUM autem Argento & Stibio sulphurato.

- (a) Marcas 170. LIBAV. l. c. L. 2. c. 10. 168. ERKER. *Aul. subterrani*. l. I. p. 3. LÖHNEIS. l. c. P. V. p. 73. 160. JUSTI. §. 53. usque 180. BRÜNNICH ad CRONSTEDT. §. 163.
- (b) *Einleitung*. p. 172.
- (c) ANN. HIST. NAT. V.
- (d) ANN. HIST. NAT. VI.

§. 28 I.

Ut Argentum e mineris docimastice educatur, requiritur 1.) scorificatio terrarum & mineralium quibus inhæret. 2.) Unio sepa-

separati cum Plumbo. 3.) Separatio metalli nobilis ab ignobili. Prima & secunda operatio absolvitur uno eodemque tempore in catillo terreo, ope Plumbi granulati, cum mineræ crudæ aut torrefactæ determinata quantitate, sub tegula, vel alio in loco, igne debito eousque applicato, donec nulla macula in medio liquatæ substantiæ visui se offerat, quæ dein caute effundi, & Plumbum a vitro rite separari debet. Tertia operatio, quæ cupellatio vocatur, tunc perficitur, cum Plumbum hoc ignitæ cupellæ inpositum & vitrificatum ab ea penitus fuerit absorptum, relicto in ejus superficie nobili metallo, quod vitrificari, & consequenter a cupella absorberi non potest. Cum vero Argentum, præsertim heterogeneis unitum, in igne valido parte aliqua volatile fiat (a), ita cavendum, ne in hoc processu, ignis justo fortior adhibetur (b) qua in re potissimum, non sine magno aliorum damno, errare solent docimastæ.

(a) AGRICOLA de Nat. Fossil. l. 8. Op. pag. 642.

(b) Hunc in finem Pyrometri usum svadet. TILLET. V. MINERALOG. BELUSTIG. Tom. IV. Abhandl. 1. §. 5. Tab. 1.

§. 282.

USUS. Ut ea Argenti copia, quam peritus
O 3 doci-



docimasta ex mineris & metallis accurato examine eduxit, in operibus quoque fusoriis, quantum fieri potest optima & fodinarum oeconomiæ maxime consentanea methodo inde extrahatur, scire oportet, quid sit agendum, quidque observandum in qualibet operatione nunc etiam hunc in finem usitata. Hæ vero cum sint multiplices, & absque ordine hucusque descriptæ, ita hasce in tres classes dividere visum est, quarum prima præparationem minerarum, secunda extractionem Argenti, tertia vero separationem hujusce metalli respicit. Ensimul omnes :

Argenti minera præparatur concentrato valore via humida, lavandi ratione.

Sicca, liquatione prima cum Pyrite. *Die Roharbeit.*

Secunda cum Lecho hinc producto. *Das Anreicheran.*

Metallum extrahitur a Plumbo} liquatione
ex Lecho ditiori} incorpora-
ex Cupro rudi } toria. *Das Verbleyen, Frischan.*

Separatur una cum Plumbo a Cupro: in furno eliquatorio. *Das Seigern.*

In furno fornicato. *Das Darren.*

A Plumbo: cupellatione majore. *Das Treiben.*

Jam

Jam vero quid in qualibet operatione se-
posita lavandi ratione , in primis obser-
vandum sit , breviter proponam.

§. 283.

Liquatio prima , quæ cruda vocatur , sepa-
rat Argentum a mineris pauperioribus , quod
alia methodo utiliter educi non posset (a) ,
dispersasque ejusdem particulas congregat
& concentrat in Lecho , seu massa illa me-
tallica (§. 197.) , quæ a Pyrite in hac ope-
ratione producitur , postquam terræ , qui-
bus mineræ inhærent , aliaque inutilia hinc
sejuncta & scorificata fuerunt . In hac fu-
sione attendendum est

1. Ut Pyrites elegantur , qui magnam co-
piam Lechi præbent .
2. Ut deterioris notæ Pyrites cum meliori-
bus misceantur .
3. Ut omnia rite fluant , & ne scoriæ argen-
tiferæ prodeant .
4. Ut jactura metalli nobilis omni modo e-
vitetur (b).
5. Ut nasus in furno sit mediocre , idem-
que si opus fuerit , brevior reddatur .
6. Ne fistula supra lapidem focalem ultra
octodecim uncias elevata , nec majori ac
octo graduum declivitate donata sit .
7. Ne Lechum in furno diutius relictum
comburatur .



8. Ut mineris & Pyriti addatur lapis calcarius non impurus.

(a) *Hac ratione venæ Auri & Argenti pauperiores excoquuntur sine caris additamentis, qualia sunt Plumbum &c.* AGRICOLA de re metall. l. 9. p. 318.

(b) Repetitis observationibus didici Pyrites Hungaricos simul sumptos dare ex centen. Lechi libras 41. pro semiuncia Argenti requiri eorumdem libras 60. Centenarium Lechi excipere Argenti semiuncias 3. Drachm. 3. & Num. 2. sive jacturam Argenti ex centum Marcis esse Marc. 9. & Drachm. 2.

§. 284.

Liquatio secunda exigit

1. Lechum ustulatum; & purum (a).
2. Mineris ditiores.
3. Additamentum lapidis calcarii.
4. Ut omni bihorio liquatæ substantiæ existus concedatur; sic enim
5. Obtinetur Lechum (b) cuius centen. continet Argenti semiuncias 10 — 14.
6. Idemque ejus indolis, ut Argentum in fusione incorporatoria facilius, & minori cum jactura Plumbi, a se dimittat.

(a) Lechi purioris ex Pyrite Kremnizensi Ungarico ℥. 14 $\frac{1}{2}$. fovent Argenti semiunciam, & tunc ex una marca jactura se prodit Dr. 1. Den. 1 $\frac{1}{2}$. impuri vero

verò ex Pyrite Schemnizensi libræ 14.
 $\frac{1}{4}$ foventes semiunciam Argenti, dant
 jacturam nobilis metalli Dr. 3. & Den. $\frac{1}{2}$.

§. 285.

Liquatio incorporatoria Lechi prioris (§. 284. 5.). probe ustulati, & cum Argenti mineris ditioribus commixti, instituitur dupli modo, nempe

1. His una cum plumbeis additamentis in Furno liquatis, vel
2. Plumbo prius in catino fuso, dein cum Lecho e furno fluente commixto.
3. Secunda methodo obtinetur Plumbum, cuius centen. foveat Argenti semiuncias 40—60.
4. Hic vero Panis metallicus primus & ultimus furno denuo imponendus, simulque cavendum.
5. Ne Lechi defectu Plumbum inutiliter comburatur, &
6. Ne ob Lechum minus rite ustulatum, justo major tam Plumbi, quam Argenti jactura se prodat.

§. 286.

Liquatio incorporatoria Cupri rudis argenti-feri, quod eminera Cupri cinerea seorsim fusa prodit, est illa operatio, qua mediante

ante Cupruim hoc cum Plumbo combinator, & Argentum ei inhærens cum hoc metallo conjungitur. Cum vero hoc ideo fiat, ut Argentum una cum Plumbo facile & integre eliquari possit, sic

1. Quælibet placenta metallica seorsim præparanda & fundenda.
2. In addenda Plumbi quantitate non tam Argenti, quam Cupri ratio habenda, & Cupri ruditis libræ 75, liquandæ cum Plumbi libris 256. aut 260.
3. Ratione Argenti, tutiori via itur, si una placenta non ultra sexdecim semiuncias contineat.
4. Cavendum ne Plumbum sit inpurum.
5. Ut celeri fusione calcinatio Plumbi omni modo evitetur.

§. 287.

Eliquatio prima separat Plumbum argentiferum a placentis metallicis bono cum successu, si

1. Cuprum non valde purum fuerit, sed ritte sulphuratum.
2. Plumbum metallicis particulis non inquinatum.
3. Ignis ille adhibitus, qui Plumbum, nec Cuprum, liqueare, non vero comburere aut vitrificare queat.

4. Recrementa metallica furno hinc inde adhærentia colligantur, & cum aliis similibus mixta adhibeantur in liquatione incorporatoria Cupri rudis.

§. 288.

Eliquatio secunda in furno fornicate instituitur cum placentis ærariis, e quibus Plumbum argentiferum adhuc residuum, fortiori, at sine follibus, excitato igne eliquatur (a). In priore enim operatione ex Plumbi libris 256. remanent plerumque in placentis libræ 50. & 56, non raro & pars dimidia, imo & plus adhuc (b). Denique Cuprum ab hac operatione relictum eodem modo depuratur, ut Cuprum rude minime argentiferum (§. 265.).

[a] Furnos hosce V. apud SCHLÜTTER. l. c.
c. 17.

[b] CANCRINUS von Kupfererzen. §. 90. Anmerk. I.

§. 289.

Cupellation major, seu separatio Argenti a Plumbo fit in testa majore facta ex cineribus, Calce, sabulo, Argilla, ope folium & flammæ, quam e furno laterali emittunt accensa ligna. Igne hoc calcinatur sensim liquatum Plumbum, & calcis hujus pars aliqua

liqua vitrificata testam penetrat, alia vero metallo supernatans a flatu folium (*a*) in Lithargyrium mutatur, quod per aperturam lateralem successive detrahendum est. Hic vero observandum

1. Ut ignis augeatur, in ratione reciproca diminutæ Plumbi quantitatis.
2. Frigidorem cupellationem & citius absolvī, & minorem Plumbi jacturam post se trahere, quam immodico igne peractam (*b*).
3. Ne una cum Lithargyrio etiam Plumbum detrahatur.
4. Ut reducatur Lythargyrium ac Plumbum testaceum (*c*), quæ reductio una cum minerali Argenti (277—279.) ditioribus quandoque absolvitur.

(*a*) SCHWED. ABHANDL. Tom. XIV. p. 252.

(*b*) CANCRINUS. l. c. §. 79. Anmerk. 4.

(*c*) Centen. Lithargyrii dat Plumbi libras 85 — 87 ; Plumbi vero testacei. libr. 50 — 60.

§. 290.

Genus XLI. AURUM.

DIAGNOSIS. *M*etallum malleabilissimum, luteum, mutum, perpetuum. LINN. l. c. p. 151.

Vitrum tingit colore rubro (*a*).

(*a*)

[a] *In occulto summam continet rubedinem.*
 LIBAV. *Comment. metall.* l. i. c. 4. STARL.
 l. c. P. II. *Sect. 2. A. 1. Cass. de Auro.*
 p. 109. JUNKER. *Chym. Tab.* 33. p. 862.
 BERLIN. MAGAZIN. *Tom. II.* p. 310.

§. 291.

SPECIES. I. *A. nudum.*

AGRICOLA *de Fossil.* l. 8. Op. p. 640. WAL-
 LER. Sp. 303. 304. LINN. l. c. n. 1.
 CRONSTEDT. §. 164. WOLTERSDORF.
Cl. VI. Gen. A. Sp. 1. RICHTER. *Mus.*
 p. 1 — §. *Tab.* 1.

Aurum nudum, ut Argentum (§. 276.), modo manifestum, modo vero invisibiliter terris & mineris inhærens, Quarzo sæpius insidet, aut Sabulo immixtum est (a). In Transilvania fodinis nonnullis reperitur Aurum nudum, copiosum in Pyrite, non visum ideoque impossibile dictum HENKELIO. Aurum passim occurrit, sed eo potissimum orientalia Terræ loca, occidentalia vero Argento natura ditavit, nec in uno loco concessit opes, ut nullum sit Regnum, quod alio non indigeat.

(a) EPHEM. NAT. CURIOS. Vol. VI. Obs. KIRKER. l. c. L. 5. Sect. 2. §. 1.

§. 292.



§. 292.

2. A. Larvatum.

Non omne Aurum quod fossilibus inhæret ab acido Aquæ regiæ, aut ab Hydrargyro extrahi potest, & hoc Sulphure involutum est. Pyrites nonnulli, & minera aurifera Nagyayensis hoc Aurum fovent, quod imperfectum olim dixi (*a*), & mineralisatum nunc etiam vocant mineralogi fere omnes.

(*a*) ANN. HIST. NAT. III. p. 107. 108. 3.
& mecum etiam Cl. BRÜNNICHIUS. ad
CRONSTEDT. l. c.

§. 293.

ANALYSIS. Aurum ut obtineatur purum, separandum est 1.) a terris, 2.) a mineris, 3.) a metallis.

A terris: lavandi ratione (*a*) Hydrargyro (*b*), scorificatione.

A mineris: lavandi ratione & fusione.

A metallis: aqua regia, acido Nitri (*c*) Sulphure (*d*) minera Stibii (*e*) cementatione (*f*).

(*a*) In Hungaria usitaram describit P. PODA.
Beschreibung der Maschinen. p. 31-33.

(*b*)

- (b) AGRICOLA. *de re metall.* L. 8. p. 232.
LÖHNEIS *Bericht.* P. VII. p. 133-135.
SCHLÜTTER. l. c. c. 38. *Tab.* 53. DRES-
DISCH. MAGAZIN. *Tom.* II. p. 123.
- (c) ERKER. *Aul. subterrani.* L. 2. p. 89.
IMPERAT. *Hist. Nat.* L. 18. c. 7. SCHLÜT-
TER. *Probierkunst.* c. 43.-47.
- (d) F. HOFMANN. *Obs. Phys. Chym.* L. 3.
Obs. II. SCHLÜTTER. l. c. c. 48-50.
- (e) AGRICOLA. l. c. p. 363. LÖHNEIS. l. c.
p. 146-148. SCHWED. ABHAND. *Tom.*
XIV. p. 263. SPIELMANN. *Inst. Chym.*
Exp. 117.
- (f) ERKER. l. c. p. 103. LÖHNEIS. l. c. p. 150.

§. 294.

usus. Auro, Argento, Cupro numisma-
ta & monetæ cuduntur, quæ regum ac
summorum virorum nomina, resque ge-
stas posteritati tradunt, servitutum præmia
constituunt, & pretia rerum præ se ferunt
certa ac duratura. Ergo res monetaria
summi momenti est, metallica, cui inniti-
tur, majoris adhuc. Cum vero chemia &
mathesis sint duo cardines, quibus tota
volvitur fodinarum oeconomia, ita patet,
reipublicæ interesse plurimum, ut illi, qui-
bus rei metallicæ cura committitur, his
scientiis probe iniciati sint, nec arbitrium
aut benevolentia, sed merita ac virtus sti-
pendia distribuant.

§. 295.



§. 295.

Appendix.

Expositis verorum regni lapidei civium proprietatibus, speciebus, analysi, & usu, quædam adhuc de spuriis, seu unanimi doctorum virorum consensu nondum receptis, *Cobalto* nempe & *Niccolo*, hic dicere visum est, cum illud ob cæruleum, quem vitro dat, colorem, a metallicolis eadem diligentia e terræ sinu educatur, ac *Ferrum* & *Cuprum*.

I. COBALTUM.

DIAGNOSIS. **V**itrum cæruleo colore tingit.
Cum acido Salis dat atramentum sympatheticum viride (*a*).

(*a*) LEHMANN. *Cadmilog.* 2. *Abschnitt.* p. 18. 19.

§. 296.

SPECIES I. *C. metalliferum.*

WALLER. *Sp.* 231. 232. LINN. p. 129. n.
1 - 4. CRONSTEDT. §. 249. - 252.

Dat in igne substantiam metallicam, quam Cl. WALLERIUS distinguit a regulo Cobalti (*a*).

2. C. sterile.

WALLER. Sp. 235 - 236. CRONSTEDT. §.
247. 248.

Metallicam substantiam in igne non largitur.

(a) Metallurg. in fine.

§. 297.

ANALYSIS. **S**emiuncia Cobalti Stiriaci ex Schladming dat Arsenici grana sexaginta novem; In spiritu Vitrioli vix solvitur, & cum acido Nitri dat solutionem flavam, residuum vero est terra pallide lutea. Solvitur etiam parte aliqua in acido Salis, ex quo cum alcali fixo præcipitatur pulvis grisei coloris.

§. 298.

Cobaltum præstantius illud est, quod majorem vitri copiam eleganti cæruleo colore tingit. Miscetur itaque pars una Cobalti ustulati cum partibus 2 - 7. mixturæ ex sabuli puri (a) partibus binis, & Natri fixi partibus tribus, & cum massa rite fuerit liquata, effunditur in vasculo aqua pleno, sicque ex vitri colore Cobalti qualitas eruitur.

(a) Sabuli puritas ad coloris elegantiam multum contribuit. HAMBURG. MAGAZIN. Tom. XV. p. 403.



§. 299.

Pusus. Pro vitro cæruleo, postquam Cobaltum ab Arsenico & Wismuto fuerit depuratum, & una cum cineribus clavellatis, ac sabulo puro in furno vitriario probe liquatum. Porro vitrum hoc in molen-dino tusorio pulverisatur, cribratur, lavaturque, ut in varias species divisum vendi queat (a).

(a) JUSTI. *Chym. Schrift.* Tom. I. p. 270.
LEHMANN. *Cadmiolog.* CANCRINUS. l. c.
6. Stuck. §. 12.

§. 300.

II. NICCOLUM. Pro novo metallo propositum a Cl. CRONSTEDTO (a), a JUSTIO (b) & LINNÆO (c) reiectum fuit. Sed neque propria cum Niccolo Stiriaco instituta experimenta (d) novo huic generi favent. Ventura ætas veriora forte docebit.

(a) SCHWED. ABHANDL. Tom. XVI. p. 38.
(b) l. c. i. Abtheilung, n. 3.
(c) eadem ratione posset & Orichalcum metallum proprium confidere. l. c. p. 147.
(d) Einleit. p. 194.

VO-

VOCABULA

Latina rerum nonnullarum,
Germanice exposita.

- A**rea AGRICOLÆ *Schlammherd.*
Caput Venæ A. *Ausbeisen oder Ausgehen des Ganges.*
Catillus *Einsied Scherbe.*
Catinus A. *Vortögel.*
Congeries. *Seiffenwerk.*
Cumulus. *Stokwerk.*
Cumulus ustulatorius. *Rosibett.*
Cupella. *Aschen-Kapelle.*
Cuprum rude. *Schwarz - Kupfer.*
Excoctor A. *Schmelzer.*
Ferrea concretio. *Eisensau.*
Fibra A. *Kluft.*
Fistula A. *Der Form.*
Focus A. *Heerd.*
Fragmentum A. *Geschüb.*
Furnus fornicatus. *Darrofen.*
Lavandi ratio A. *Waschen und Schlemmen.*
Lechum. *Lech oder Stein.*
Libella. *Quadrant.*
Oculus. *Auge des Ofens.*
Ollula. *Tutte.*
Pedus Furni. *Die Vorwand des Ofens.*



- Placenta æraria. *Künstuk.*
 Placenta metallica *Frischstuk.*
 Plumbum testaceum. *Herdbley.*
 Rutrum A. *Schlämmkiste.*
 Sella lapidea. *Zinkstuhl.*
 Scoria. *Schlaken.*
 Stratum. *Ein Flötz.*
 Stratum inversum A. *Eine widersinnische La-
ge.*
 Tegula A. *Die Muffel.*
 Testa major. *Treib-Herd.*
 Testula. *Spleißcherbe.*
 Vena A. *Gang*









